36 F 709.

36F709.

a) 6766
1925·26

Národní knihovna ČR
Historické fondy

36 F 709

Národní knihovna
1003021794

394 t 6

Marci Maruli Quin quaginta Pa rabole.

Ex libris Josephi Cossirich ... Epi Curzolensis.

VEŘEJNÁ A UNIVERSITNÍ KNIHOVNA V PRAZE

1510.

9344/22

36 F 709.

Jeſus chriſtus. M.ccccc.x. Die.xxij. Auguſti.

¶ Thome Nigro Canonico Archipſbyteroq; Spalatenſi. Marcus Marulus in domino Salutem.

QUoniam per figuras quaſdam / & ſimilitudines veri / Simpliciũ animis efficaci⁹ influere ſoleant precepta virtutum / eiſdem ego aliquid ſpiritalis vtilitatis inſinuare cupiẽs quinquaginta Parabolas nuper mecum meditando compoſui / maxime dñi noſtri exemplo prouocatus / quẽ hoc dicẽdi genere ad plebẽ vſum euangelia teſtantur. Hunc morem a ſyris & precipue paleſtinis in omni fere ſermone fuiſſe ſeruatum diuus Hieronymus in ſuo ſuper Mattheum cõmentario affirmat. Nunc & a noſtri tẽporis viris religioſis q̄ i eccleſijs ad populum declamant / vſurpari videmus. Iſtos igit imitari hoc opuſculo volui / quod nũc ad te mitto / tuũ exigens iudiciũ / vt ſi pbaueris / edere non formidem / neq; vllos inuidorum morſus perhorreſcam. Si eni vel vni tibi / viro erudititiſſimo pbatiſſimoq; & eccleſiaſtica Archipreſbyteratus dignitate p̄dito parabole noſtre placuerint / ſatis me ab omni aliorum iniuria tutum putabo. Cum ergo rudi plebecule / id eſt mei ſimilibus in his loquar / tua mihi auctoritate opus eſt. vt ab illis quibus ſcripte ſunt / minus grauate ſuſcipiantur. Quanti enim non ſolum tui / ſed etiam exterite faciant / dicerem / niſi vererer / ne quis me exiſtimet / hoc quod a te ſimpliciter poſtulo. Callide eblandiri velle. Quamobrem rogo / ad proferendam de noſtra lucubratiunculā ſententiam nihil aliud te moueat / niſi ſincera illa animi tui in omnes fides / & in eos precipue quos omni ex parte correctos emendatoſq; fieri exoptas. In quorũ numero me eſſe non dubito / ita me amas. Vale.

De fide chriſtiana.	Parabola.i.		folio.3.
De illo qui de fide dubitat.	Par.	ij.	fol.3.
De Judeorum perfidia.	Par.	iij.	fol.4.
De heretico qui ſe fidelem ſimulat vt fallat.	Par.	iiij.	fol.4.
De ſpe in deo habenda.	Par.	v.	fol.5.
De charitate erga deū ꝛ ꝓximū.	Par.	vj.	fol.5.
De diligendis inimicis.	Par.	vij.	fol.6
De pace cū alijs ꝛ ſecū habēda.	Par.	viij.	fol.6
De ijs qui Chriſtum ſequūtur et qui mundum.	Par.	ix.	fol.6.
De ſeculi contemptoribus amatoribuſq;.	Par.	x.	fol.7.
De ſeruis dei/et ſeruis diaboli.	Par.	xj.	fol.8.
De illo qui proponit monachuȝ profiteri ꝛ cunctatur.	Par.	xij.	fol.8.
De illo qui de monaſterio redit ad ſeculum.	Par.	xiij.	fol.9.
De impari merito paris bonitatis monachi et ſecularis.	Par.	xiiij.	fol.9.
De fugienda feminarum cōſuetudine profeſſoribus caſtitatis.	Par.	xv.	fol.10
De ijs quos tentatio ſuperat/et a quibus ſuperatur.	Par.	xvj.	fol.10.
De diaboli piſcatione.	Par.	xvij.	fol.11.
De diaboli aucupio.	Par.	xviij.	fol.11.
De diaboli erga ſeruos ſuos impietate.	Par.	xix.	fol.12.
De quinq; ſenſum pugna.	Par.	xx.	fol.12.
De penitentia ꝛ obſtinatione.	Par.	xxi.	fol.13
De penitentia ꝛ confeſſione.	Par.	xxij.	fol.13
De futurorum bonorum malorumq; contemplatione.	Par.	xxiij.	fol.14.

De librorū ſecularium lectione. Par. xxiiij. fol.15.
De Inſtantia orationis. Par. xxv. fol. 15.
De elemoſinarum fructu. Par. xxvj. fol.15.
De Auaritie vitio. Par. xxvij. fol.16.
De malorum cōſortio fugiēdo. Par. xxviij. fol.16.
De ocioſitate cauenda. Par. xxix. fol.16.
De mendacio vitando. Par. xxx. fol. 17.
De alio non iudicando. Par. xxxj. fol. 17.
De victus moderatione. Par. xxxij. fol. 17.
De bonorꝫ malorūq; boiuꝫ vita. Par. xxxiij. fol.18.
De perſeuerantia boni. Par. xxxiiij. fol.19.
De humilitate ⁊ ſuperbia. Par. xxxv. fol. 19.
De patientia iniurie. Par. xxxvj. fol.20.
De iniuria que nemini magis nocet ꝙ̄ ſuo autori. Par. xxxvij. fol.20.
De bono ope pmanētis i pctō. Par. xxxviij. fol.21.
De morte omnibus comuni. Par. xxxix. fol. 21.
De morte aliorum non lugenda cū ſimus mox ⁊ ipſi morituri. Par. xl. fol.22.
De hora mortis icerta vt ſemper parati ſimus. Par. xli. fol.22.
De doctoris eccleſiaſtici merito. Par. xlij. fol. 22.
De inani glia ⁊ auaritia doctori cauenda. Par. xliij. fol.23.
De doctore qui aliter docet/aliter viuit. Par. xliiij. fol.23.
De doctore qui quēadmodum docet/ita et viuit. Par. xlv. fol. 24.
De paſſiōe dñi ꝑ ſuis ſuſcepta. Par. xlvj. fol. 24.
De purgatorio. Par. xlvij. fol.25.
De inferno. Par. xlviij. fol. 26.
De paradiſo. Par. xlix. fol. 27.
De vltimo Judicio. Par. l. fol.28.

Finis.

Marci Maruli quinquaginta Parabole incipiunt.

¶ De fide chriſtiana. Parabola.j.

ERAt puelle tres/quarũ nomina hec/ Veritas/Dubietas/Falſitas. His oc currẽs homo q̃ſiuit vti ſibi iter oſtẽ=derẽt Hieroſolymã verſus ꝑgere vo lenti/ne ignarus erret. Veritas viã q̃ rectiſſima certiſſimaq; erat mõſtra uit/monens/vt neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtraz declinaret ſi deuiare nollet. Dubietas vero fronte paululum ſuſpenſa muſitantibuſque labellis am bigere ſe dixit/an ita eſſet/ vt veritas affirmabat. Falſi=tas autem ita eſſe omnino negauit aliumq; longe di=uerſum tramitem indicabat. Homo neſcius cui de tri=bus tam varie ſentientibus crederet / poſtq̃ rogando ſingularum nomina didicit prudẽter ꝑfecto ſoli verita ti fidem adhibendam eſſe iudicauit. Igitur iter ingreſ=ſus/eo quo volebat peruenit. ¶ Hec parabola fidei ẽ. Qui xp̃o credũt/nõ errant/q2 xp̃s veritas eſt. Dubita re aũt philoſophorũ eſt qui nihil certi affirmant. Con traria vero ſentire gentilium fuit/non vnũ deum/ſ3 plu rimos confitentium atq3 colentium. Solus itaq3 recti viam tenet/qui veritati/que chriſtus eſt/credit. In xp̃m credendo ad celeſtem hieroſolimam/quo ille aſcendit/ peruenit. Ubi ſum ego inquit illic ⁊ miniſter me9 erit. Quomodo aũt miniſter ei9 eſt q̃ vel dubitat vel nõ cre dit. Talis ꝑfecto infidelitatis miniſter eſt non chriſti.

¶ De illo qui de fide dubitat. Parabola.ij.

HOmo turrim edificaturus partem fundamenti poſuit ſupra petram/partem ſupra harenam. Ia=

cto fundamento murũ quadrato lapide cũ iam ſatis alte eduxiſſet/pars illa q̃ in molli ſolo fũdata fuerat/ ſubſidendo totũ edificiũ traxit in ruinam:ita vt etiam pars altera/q̃ in petra collocata fortiſ admodũ ſolida ꝙ videbat/vna concideret. Quicquid enim ruinoſis coheret/caſu eoꝝ concuſſum ſtare non poteſt. Porro homo ille/cũ pene omnia q̃ habebat in extruendo opere impendiſſet nequit colapſa reparare pecunia deficiẽte. Tũc demũ ad inopiam redactus/caſſo dolore grauiter animo angi cepit/ꝙ in fundamento ponendo parũ prudẽter egiſſet. ¶ Talis eſt ille q̃ ea q̃ fidei chriſtiane ſũt/partim vera eſſe ſibi perſuadet/partim dubitat. Interim licet virtutũ cumulandaꝝ ſtudio multũ incũbat ⁊ in finẽ vſqꝫ vite in eo perſeueret/ſeqꝫ plurimũ ꝓfeciſſe exiſtimet/⁊ iam ad capienda beatitudinis premia ituꝝ confidat/poſtq̃ tñ vita iſta defũctus ad alteram trãſmigrauerit/vehemẽter ſe deceptũ aiaduertit/ ſeroqꝫ eũ penitet/cũcta q̃ ab eccleſia recepta ſũt/nõ ꝑfecte credidiſſe. Integra enim fides ꝓſtat virtutibꝰ eterne remunerationis meritũ nõ ea q̃ aliquo dubietatis ſcrupulo corrupta habet. Nam ⁊ frugifere arbores/ cũ in aliqua radicis parte leſe fuerint/fructus ſuos ante maturitatẽ ad terram demittũt. Virtutũ radix fideſ eſt. ea ſi q̃cq̃ titubauerit fruſtra beate imortalitatis fructus ſperat/cũ ſcriptũ ſit. Spes impioꝝ peribit.

¶ De iudeoꝝ perfidia. Parabola. iiij.

Rege abſente regnũ occupauerat Tyrannus/ Rex plebi ſeruitute oppreſſe nũcios miſit/ ſignificans propediem venturũ ſe/eoſqꝫ liberaturũ. Velle tamen hoc ab eis/donec veniat ſeruari: vt ſingulis diebus clamarent/Veni veni q̃ venturus es. Id q̃dem accurate diligenterqꝫ obſeruarunt/aduentũ expectantes

liberatoris. Ceteꝝ cum tandē rex veniſſet/coſq; fugato Tyrano in libertatem vindicaſſet/noluerūt credere ipſum eſſe regem ſuū: ⁊ veluti ille adhuc in expectatione eſſet/quotidie clamitabāt/veni veni qui venturus es. Poſtremo iniuriam pro beneficio referentes contumelijs eū probriſq; affecerūt/quem omni cū honore excipere/omni officio proſequi debuerant. Rex iratus iuſſit militibus/vt tante erga ſe ingratitudinis ſcelus vlciſcerent. Homines ergo illi patrijs ſedibꝰ pulſi meritas penas dederūt. Nec tamen ſic afflicti ab illo expectationis errore reſipiſci voluerūt. ¶ Hec parabo. iudeorū arguit incredulitatem. Qui cū ob primoꝝ parentū culpam libertate exuti/ſub maledicto legis eſſent/liberatorem Chriſtū expectarūt/quem illis ventuꝝ ꝓphete predixerant. Eius itaq; futuꝝ aduentū quotidianis ſacrificijs cerimonijſq; ꝯſignificabāt: ſed poſtq̄ venit/ ⁊ quecūq; de illo in ſcripturis predicta fuerant/impleuit ipſum eſſe negarūt/pſecuti ſunt/occiderūt. Occiſus reuixit/⁊ in celū abijt/ſolutū mūdum ab ade peccato relinquens. Poſt hec indignatus ingrati populi regnū euertit/⁊ adhuc incredulos perpetua ſeruitute damnauit. Quoꝝ tn̄ tanta mentis obduratio pſeuerat/vt omnia extrema pati malint/q̄ ipſum confitendo ſalutem cōſequi ſempiternam. Et qm̄ non chriſtū ſed antichriſtum preſtolantur/cum ipſo ſimul peribunt.

¶ De heretico fidem ſimulante vt fallat. Para. iiij.

Lupus vt ouium gregi inſidiaret/ouinā pellem indutus pecudem ſe eſſe ſimulabat. Fraudis inſcie oues conſortiū fere non deuitabant/eam ſuum genus eſſe credentes. Dum ergo parum ſibi cauerent/ rapiebantur. Paſtor vero/cui ouilis ſui multa cura erat/cū pecudum numeꝝ indies deficere miraret/ ſolliciturſq;

inquireret/dep̄hendit lupi dolos. Jacebat ille humi ꝓuolutus/ꝛ pelle tectus aliena/ſed caudam ſub ea condere nō valens/quis eſſet apparuit. mox paſtoris fuſte percuſſus/dimiſſa pelle/quam induerat/vlulando effugit/nec poſtea ād auſus miſellas laceſſere oues/verbera metuēs paſtoris. Quē tāto plus timebat/quāto fortiorē in vulnere ſibi inflicto expertus fuerat. ¶ Lupus hereticus eſt/qui ſe ouem mentiť/dum nobiſcū ſentire ſimulat. Caudam aūt celare non poteſt/quia ſermonis eius finis/cum ſemꝑ falſum concludat quantū ipſe a vero deuiet/oſtendit. deniqꝫ vbi cū aliquo erudito ecclie preſide diſputatione cōtendens victus diſceſſerit/veretur iterum cōgredi/ne dum ab eodem euidentioribus adhuc repercutiť argumentis/coram multis confuſus cogať erubeſcere. Porro oues/que illius preda fuere/ſimplices erant/prudentes nō erāt. Ille autē huiuſmodi luporū mortiferos morſus non timet/qui non ſolum ſimplicitatem columbarum habet/ſed etiam ſerpentis prudentiā. Uis ergo eſſe a periculo tutus/ſimplex eſto in credendo/prudens in cauendo/dicente domino/ At- Mat
tendite a falſis prophetis/qui veniunt ad vos in veſti- th.vij
mentis ouium/intrinſecus autem ſunt lupi rapaces / a fructibus eorum cognoſcetis eos.

¶ De ſpe in deo habenda. Parabola. v.

Quidam nauis gubernator/cum in medio mari deprehenſus procellarum vim ferre nequiret diſciſſis velis fractoqꝫ remigio ꝛ amiſſo clauo/ad anchoram ſtetit. Jactabatur nauis fluctibus/fortiſſimi tñ anchorarū rudentes eam tenebāt/ne ſcopulis illiſa diffinderetur/ꝛ cū ipſis/quos vehebat/periret. His alligata tantam tempeſtatis molē fortiter ꝑferendo ſuperauit. Cum enim reliqua pene defeciſſent/vna anchora illi ſe

luti fuit. ¶ Hec ē ſpei noſtre anchora/quā ſi in deo fixā
& locatam habuerimus/nihil in nobis ipſis ꝯfidentes/
q₂ imbeciles/& infirmi ſumus/ipſius auxilio ſubleuati/
ſuperatis mūdi hu⁹ turbinibus/portū intrabimus ſa-
p⁹.ā lutis. Si peccauimus/aduocatū habemus(vt ioannes
inquit)apud patrem ieſum chriſtū. Juſtū & ipſe eſt ꝓpi
ciatio pro peccatis noſtris/non pro noſtris tm̄/ſed etiā
pro totius mūdi. Si periculū aliqđ imminet/ab ipſo li
Pſ. berari ſperem⁹/q̄ ait. Qm̄ in me ſperauit/liberabo eū/
xc. & protegam eū/qm̄ cognouit nomen meū. Jn omni po
ſtremo neceſſitate noſtra opem ab eo ſperando dica-
mus. Tu dñe ſpes mea es in te ſperaui/non cōfundar
in eternū. Male tn̄ ſperat quē peccati non penitet. ſcri
Pſ. ptū eſt enim. Deſideriū peccatoꝝ peribit.
cxj.

¶ De charitate erga deū & ꝓximū. Para.xj.

Erat cuidam regi ſeruus/qui tota animi intentio-
ne totis viribus dominum ſuum diligebat/& dum
in omnibus obſequi illi cuperet/nullū laborem ſuſcipe
re/nullū vite diſcrimen adire recuſabat. Cūq₃ tam ar-
denter amaret/non poterat non etiam omnes conſer
uos ſuos diligere. Unūquemq₃ fratris loco habuit/
quem vna ſecū regi ſeruire cognouit. Deniq₃ qcq̄d age
bat totū eo dirigere libuit/vt domino ſuo gratificaret.
Unus ille ſibi vita charior erat. pro illius gloria ſi mi-
lies mori poſſet/milies mori vellet. Rex igit̄ tantaꝫ er
ga ſe fidem/tam ſingularem beniuolentiam remunera-
re volens primū ei poſt ſe dignitatis locū tribuit/cete-
ris ipm̄ preferens a quo pluſq̄ a ceteris diligi ſe intelle
xit. ¶ Talis eſt omnis/q̄ mandatū illud implet/ Dili-
ges dñm deū tuū ex toto corde tuo / & ex tota anima
tua/& ex totis viribus tuis & ꝓximū tuū ſicut teipſum.
Qui multum dilexerit/multum diligetur. Nihil pro-

deſt turrim edificare virtutum/ſi fundamentum nō po
ſueris dilectionis. quicquid illa non ſuſtentat totum id
ruere neceſſe eſt. Qꝛ ſine dilectione deo placere nō poſ
ſumus. Deus autem charitas eſt/ꝛ qui manet ī charita
te/in deo manet ꝛ deus in eo.

¶ De diligendis inimicis. Parabola. vij.

Mirum in modum quidam roſarū odoꝛe delecta
batur/cūqꝫ illas nō ſatis caute iniectis roſario
digitis carperet earū aculeis manū cruentauit. neqꝫ tñ
idcirco minus auide naribus applicatas odoꝛabat. Id
cernēs alius Miroꝛ te inquit/roſas diligere/que te taꝫ
fede leſerunt. Ad quem ille ſi ob hoc ipſas reieciſſeꝫ re
ſpondit/nunquid iſta ſuaueolentie iocunditate perfrui
poſſem. Has itaqꝫ equo animo ferā a quib⁹ plus volu
ptatis ꝙ iniurie capio. ¶ Hec parabola docet iuxta
euāgeliū/ꝛ inimicos diligere. Diligite inqt dn̄s/inimicos Mat-
veſtros benefacite his qui oderunt vos/ꝛ oꝛate ꝑ pſe th. v.
quentib⁹ ꝛ calūniantibus vos vt ſitis filij patris veſtri
qui in celis eſt. Cum ergo incōparabiliter plus boni in
hoc exiſtat/vt ſimus filij dei ꝙ mali in quauis hominū
iniuria/diligamus inimicos. Nunꝙ illi tantum obeſſe
nobis poſſunt dum oderint/quantū pſunt ſi diligant.
Pungunt quidem eoꝝ iniurie/ſed repenſum ꝑ iniuria
beneficiū odoꝛē eterne remunerationis fragrat. Filij eni
erimus dei patris/ſi inimicos dilexerimus. Inimicū aūt
diligere eſt/ita ei nos cōmodare vt nō tam ſui coꝛpoꝛis
rationem ꝙ anime habeamus. Uidendū eſt eni ne cui
liberioꝛem peccandi licentiam noſtra pn̄ſet indulgētia.
Sic ergo amemus inimicū vt coꝛrigatur. Et ſi hoc effi
cere non poſſumus/ſaltem ne deterius peccet.

¶ De pace cū alijs ꝛ ſecū habenda. Para. viij.

Fuit aliquando annus/in q̃ nihil aduerſi / ſed oia leta ſenſit humanũ genus. nõ grando vineta leſit/nõq̧ rubigo frugibus nocuit/non reliquos fructus aliqua celi intẽperies vexauit. ſuis tẽporib⁹ fluxit imber/ventiq̧ flauerunt. ne in mari quidem quiſq̧ vllius tẽpeſtatis paſſus eſt iniuriam. Proſperis nauigationibus vſi naute maria oia leti/ pcurrerũt. Bella quoq̧ p id tẽpus conquieuerant. In ſumma/aureũ illud ſeculũ a poetis dcãtatũ tũc rediſſe nõnulli crediderũt. ¶ Quid ſibi vult iſtec parabola? quã rem tam felici anno cõparabim⁹? Talis eſt pfecto bonoꝝ inter ſe hominũ pax/ talis mutue concordie tranquilitas. quã nõ turbat cõtentio/nõ inquietat lis/non diuellit inuidia / non diſſipat ira/nõ fallit maligne mẽtis callida ſimulatio/ſed iungit cõſenſus/ligat bñficium/mulcet comitas/ſuſtentat ſimplicitas/ꝛ vera ſinceraq̧ perpetuo fouet amicitia. Tu aũt qui cũ altero habere non potes pacem/tecum habeto. Concordet in te cũ ratione volũtas/cũ volũtate cõueniant opa/vt nihil omnino neq̧ optes/neq̧ facias qđ deo diſplicere poſſit. Sed qđcũq̧ ille monuit precepit/iuſſit/hoc tu p viribus perficere cures. Audi pphetam/dicentem/ Pax multa diligẽtibus legem tuam / et
Ps. 118 non eſt illis ſcandalũ. Hãc pacem ſi habueris/nihil triſte ſenties/ Apoſtolo teſtante qui ait/ Simus quoniã
Ad ro. viij. diligentibus deum omnia cooperantur in bonũ. Itaq̧ etiam illa que aduerſa putantur tibi proderunt.

De ijs qui chřm ſequũtur/ꝛ q̃ mũdũ. Para. ix.

Paſtor optimus cum vidiſſet gregem ſuum macie cõfectum/ſcabie morbidum/vagum diſperſumq̧ ꝛ lupoꝝ faucibus expoſitum/vehemẽter de ſalute eius ſollicit⁹/ad paſchua magis herbida tutioraq̧ oues ſuas traducere decreuit. Itaq̧ pſpiciens vltra collẽ quẽ-

dam aditu difficilem vixqꝫ puium ameniſſimam pate-
re planiciem/in qua nihil omnino/qđ reficiendo peco-
ri neceſſarium foret/deſiderabatur/viam audacter in-
greſſus collē illum tandem ſupauit/toto corpore ſpiniſ
cruētato/pedibuſqꝫ inter ſaxa diruptis/vſqꝫ adeo ſe ip
ſum cōtēpſit/vt gregis ſaluti cōſuleret. Tūc demuꝫ cla
more multo repetitiſqꝫ ſibillis poſt ſe euocare pecus ce
pit. Hinc ex ouibus quedam ad euꝫ feſtinātes/nec ſcru-
pee ſemite aſperitate/nec dumis pungentibus deterite/
quō poterāt/paſtoris ſui voceꝫ veſtigiaqꝫ ſequebātur.
Quedam vero difficultatibus offenſe ſubſiſtere/ibi po
tius perire preoptātes vbi primū conſederāt/q̄ per tri
bulos ⁊ vaſtas rupes paſtorem inſequendo ad locum
ſalubriorē fertilioremqꝫ trāſire. ¶ Parabola iſta corpꝰ
reſpicit eccleſie/cuiꝰ caput eſt chrīs. hic miſeratꝰ huma-
num genus primorū parentum culpa diſperire/ Paſtor
eternus ad oues venit/mūdi huius anguſtias pati vo-
luit/vt hoies de anguſtijs eriperet peccati. effuſo i ter-
ram ſanguine necem ſuſtinuit/vt nos viuificaret. reſur/
gens a mortuis celū aſcendit. inde vt ſe ſeq̄mur clamat
dicens/Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis/ mat
⁊ ego reficiam vos/nō pane terreno neqꝫ cibo corrupti thei
bili ſed pabulo imortalitatis epuliſqꝫ beatitudiniſ eter xi.
ne. Ea vocātis vox alijs taꝫ dulcis eſt/vt duꝫ ipſuꝫ adi
re cōtendūt/itineris aſperitatē ne ſentire quidē vident
ſpe tā imenſi boni/qđ a dño accepturi ſunt/ ſuſtentati.
Alij autem econtrario/nec vocem paſtoris audire vo
lunt/nec quanta ſibi promittant attēdere/ terrenarūqꝫ
rerum curis impliciti celeſtia contēptui habent. Proin
de relicto vite paſtore neceſſe eſt eos fame ſitiqꝫ pe
rire/nihil in ſe habentes quo recreentur/⁊ cum interie-
rint ad inferna delabi/nunq̄ de aſcenſu cogitantes/ in
quo ſaluari potuiſſent. Dum ergo breuem modicumqꝫ
laborem ſubire nolūt voluptatibus dediti/penas pati

ingentes atq; eternas cogũtur. Talis vite exitus illos manet, qui mũdũ magis, q̃ mũdi dominum diligunt.

¶ De seculi cõtẽptoꝛib⁹ amatoꝛibuſq;. Par. x.

QUidam dũ piſcarentur, alij in mari magnos optimoſq; pisces capiebãt, alijs in littoꝛe ſtãtibus algam tantum colligere cure erat. Et hi q̃dẽ omniũ ſtultiſſimi reputabant, dũ inutiliter laboꝛare putarentur. At vero poſtq̃ algã illã miſcẽdo euertendoq; auri maſſam inueniſſent, apparuit nõ eſſe ſtultos q̃ multo plus lucri fecerant in alge collectiõe, q̃ illi alteri in piſcium captura. ¶ Hec parabola parti ad amatoꝛes ſcli, partim ad cõtẽptoꝛes ptinet. Seculi amatoꝛes in mari fluctuãt, qꝛ bona inſtabilia diligũt. Seculi aũt cõtẽptoꝛes in littoꝛe ſtant, qꝛ illa dũtaxat que firma ſtabiliaq; ſunt, conſequi affectant. Seculi amatoꝛibus placent diuitie, honoꝛes, luxuria, libido, cetereq; voluptates, pꝛoſpera etiam, valitudo, vires eximie, ſenſus integri, foꝛme venuſtas, ꝛ reliqua coꝛpoꝛis bona, q̃ nemo ſapiẽs concupiuit. Seculi vero contemptoꝛibus qꝛ nihil bonũ exiſtimant, niſi virtutẽ / per quam eterna bona comparant, his potiſſime rebus animũ applicant, que ab illis ignaris rerũ eſtimatoꝛibus veluti vilia contemnunt. Paupertate vtiq; nõ diuitijs delectant, humilitate nõ honoribus, cõtinentia ꝛ caſtitate non luxuria neq; libidine, ꝛ honeſtis laboꝛibus nõ turpi voluptate. mentẽ quoq; ſanam a deo ſibi optant non coꝛpus, animi cõſtantiſ robur non virium, vite integritatem nõ ſenſuum / puriq; coꝛdis nõ foꝛme pulchꝛitudinẽ, ꝛ ea q̃ ſpũs ſunt nõ carnis. Quaꝫ ob rem inſanire quidem mundi hominibus vident. ſed poſtq̃ hac ſctã ſtulticia celeſtẽ theſauꝝ aſſecuti fuerint, tũc demum perſpicuum fit, eos ſolos fuiſſe ſapientes, qui mundo ſtulti videbãtur, ꝛ e diuerſo illos

vere fuiſſe ſtultiſſimos/quos mūdus in primis ſepe iu-
dicabat. Sicq̄ in his dictū illud apoſtolicū impletur/ Cor. pa. j.
Stulta mūdi elegit deus/vt ſapientes confunderet.

De ſeruis dei/ꝛ ſeruis diaboli. Para. xj.

DUo reges erant contrarie penitus inter ſe natu-
re ꝑpoſitiq̄ diuerſi. Alter ſeruos ſuos die vna oī
bus affluere faciebat delicijs/ita vt nihil ab eis deſyde
raret/quod caro concupiſceret. reliquo vero vite tēpo
re omni prorſus voluptate exutos nūq̄ conquieſcere
ſinebat/ſemper infeſtans/ſemper ab eis penas exigens
magis q̄ dici queat atroces. Alter e contrario per diē
vnū ſuos multum vexabat/ſed deinceps per omnes re
liquos bōa cūcta illis ad votū ſuppeditabat. Quis
adeo imprudentis ingenij eſt/vt neſciat/cui regum iſto
rū ſeruire magis expediat? Duo reges deus ꝛ demon
ſunt. regnat hic ſuper peccatores/ille dominatur iuſtis.
Malus demon eos qui ſibi ſeruiunt/q̄diu viuūt/in de-
licijs habet cū deceſſerint/ineternum cruciat. Deus au
tem ſeruos ſuos vite huius tempore/qđ q2 breuiſſimū
quaſi dies vna eſt in anguſtijs laboribuſq̄ verſari gau
det/vt poſtea vere beatitudinis bonis felicitet ſine fi-
ne. Quis ergo vſq̄ adeo rōnis inops eſt/q̄ non potius
eligat deo ſeruire/vt ꝑ breui labore felicitatis eterne p̄
mia capiat/q̄ diabolo ancillari vt ꝑ breuibus delicijs
nūq̄ finiēda ſubeat ſupplicia? Quid hac vita breuius?
qđ eternitate/ꝓlixius? ꝛ tamē (o humanarum mentiū
cecitas) q̄ multi reperiunt/qui ſibi ꝑoptent breuem vo
luptatem cum infinitis cruciatibus/ q̄ breuem labo-
rem cum quiete ſempiterna. Malunt hic paruper gau
dere ꝛ illic poſtea in inferno ſemp̄ tribulari/q̄ hic mo-
dicū fatigationis ꝑpeti/ꝛ poſtea illic in celo ſemp̄ leta
ri/ſemp̄ bonis omnibus perfrui. Fugiamus/ quantum

poſſumus iſtorum dementias/ & domino deo noſtro tota mēte totiſq; viribus ſeruiamus. Quod ſi fecerimus/ ipſe/quo nihil eſt maius/erit merces noſtra. Qz in deo manebimus/ & deus in nobis.

¶ De illo q̄ ꝓpoſuit monachū ꝓfiteri & cūctatꝰ. Par. xij.

Quidam quotidie iactanter predicabat / ſe nauim onerariam ſibi fabricaturū/daturūq; operam mercature/ita vt ſperaret/breui ſe in primis diuitem fore. Multū in deliberando temporis conſumpſit/dū alios conſulit/cuius potiſſime opa in fabricāda naui vteret/ qbus in ſiluis aptiorem ad id materiam cederet/quantum ferri ad contignationem nexuſq; compagum ſatis eſſet/vnde rudentes/vnde vela eſſent comparanda. Deniq; prius q̄ opus ceptum eſſet / perquiſiuit / quis bonus gubernator/qui naute preſtantiſſimi haberent. Cūq; omnia didiciſſet (vide hominis inſaniam) nihil horū egit/que propoſuerat. atq; eodē ocio/ quo talia tractabat/inutiliter cōſenuit. neq; peculiū ſuū/vt ꝓmittere ſolebat/auxit/ſed iminuit. ¶ Tales profecto & illi ſūt q̄ iuxta euangeliū relinquere omnia & chriſto ſeruire ſepe decernūt/nūq̄ incipiūt: Quicqd ſibi in religione ſeruandū ſit ante ediſcunt/ & cū ſe ad eam rem ſatis expedierint/ſemper reſtat aliqd/qđ excuſent/quo ſe impediri dicant. Hoc autē fit/qz ſemiplenam habent charitatem. Quam ſi perfectam haberent/nihil timerent. Charitas enim foras mittit timorem. Quid vereris o homo/ne tibi victus aut veſtitus deficiat/ſi deo ſerueris/ & non vereris / ſi ſeruieris mundo? Deſeri ab illo formidas/qui volucres quoq; paſcit / & terre floſculos varijs veſtit coloribus/ & in mundo / qui niſi ab eodem
Ma ſuſtentaretur / ſtatim rueret confidis? Querite inquit
th. vj primū regnū dei & iuſtitiam eius/ & hec omnia adijcient
vobis

vobis/ ⁊ tu tibi aliqđ deſuturū putas? Idem alibi ait/
Tollite iugū meum ſuper vos/iugum enim meum ſua- Ma
ue eſt/ ⁊ onus meum leue. Quid ergo illo inuitante/illo th.xi
hoꝛtāte/qui ſolus poteſt omnia/iugum eius ſubire cun
ctaris? quid ꝑcraſtinas? Nulla tāti ē libertas/quāti ſer
uitus xpi.in qua vna certiſſima ſpes eſt felicitatis eter-
ne. Tu igiꝰ qui iam in lumine vite ꝑfectioꝛis pedem po
ſuiſti vide ne referas/ſ3 audacter ingredere. Nemo deo
ſeruiuit/ ⁊ deceptus eſt: nemo mūdo/ ⁊ nō conqſtus eſt.

¶ De illo qui de monaſterio reddit ad ſclm. Par.xiiij.

Quidam in plebe minus q̄ ſatis diues peregre ꝓ-
ficiſcens longinq3 regionis regem adijt. Inter au
licos receptuſ cum bene laudabiliterq3 ſuo fungeretur
officio/breui cariſſimus regi/eiuſq3 beneficijs omnium
opulentiſſimus euaſit. Ceterum ad illa que reliquerat/
mentem reflectere/ ⁊ eadem iam felicioꝛis foꝛtune obli
tus concupiſcere/eoq3 redire velle/vbi natum ⁊ educa
tum ſe recoꝛdabatur/cepit. Cumq3 in dies creſceret ſibi
ad ſuos reuertendi cupiditas/domu3 tandem repetijt/
⁊ priſtine vite ſtatu diu vſus/cum poſtremo vidiſſet/in
ter municeps ſuos multo ſibi minus ⁊ rei ⁊ honoꝛis
eſſe/q̄ apud regem fuerat/grauiter ingemiſcens demen
tie ſe ipſum incuſabat/ꝙ magnam feciſſet iacturam/tu3
hec quibus olim aſſuetus fuerat concupiſcendo/tum il
la que nuper ſibi parauerat dimittēdo. ¶ Hec eſt coꝛ-
parabola/qui ſeculū relinquētes monaſteriūq3 igreſſi
celeſti regi miniſtrare incipiunt/ ⁊ iam virtutibus diui-
tes facti/qbus ante carebāt/priſtinarū voluptatū quaſ
abiecerant recoꝛdatione retrocedūt/ ⁊ ad ſeculū vnde
venerant redeunt. Poſt hec animo aliquantulum reſi-
piſcentes erroꝛis cōſcientia dolent/ꝙ de tutiſſimo ſalu
tis poꝛtu iterū moꝛtiferis mūdane vanitatis fluctibus

ſe cõmiſerint. At tu qui tam perniciosum p̄iculi genus cupis euitare/quotiens veteris vite cogitationib⁹ ſollicitaris: toties cõfige illas diuine cõtẽplationis telo/armis orõnis p̄imc/ꝛ ieiunioꝝ frigore cõcupiſcẽtie ignẽ extingue/nec in te viuere ſinas/quod te per blandimenta in mortem impellit. Noli ad ſeculum reſpicere / qui in monaſterio deo ſeruis. noli egyptias ollas concupiſcere/qui mãna celeſti ꝛ pane paſceris angeloꝝ. Quid ad vomitum recurris vt canis? ꝛ rurſum in volutabro luti ſordidari feſtinas vt ſus? Aratrum tenens / ꝛ reſpiciens retro/non eſt aptus regno dei. Quod ſi qua te tuoꝝ qui in ſeculo ſunt/cura reuocat/audi tibi dicentem dñm/ Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos/ tu me ſeq̃re. Hoc deniqꝫ certo ſcias/ꝛ abſqꝫ vlla heſitatione veriſſimum credas/neminem fuiſſe vnq̄/quez in monaſterio perſeueraſſe peniteret/neminem/qui ſe ad ſeculum rediſſe non aliquando doleret.

¶ De impari merito paris bonitatis monachi ꝛ ſecularis. Parabola. xiiij.

Pagi cuiuſdam colono iam etate fracto duo liberi erant/ambo agriculture ſtudioſi. Sed alter ſecedens a patre ſui iuris factus/alter cuz patre mancẽs/ paterne ſe totum poteſtati dedit. Ambo pari labore in predio colendo occupati erant/pariqꝫ amore obſequebãtur patri/ſed tñ impari frugum ꝓuentu abũdabant cũ multo plus colligeret/qui patris imperio ſubiectus fatigabatur/q̄ qui ſuo ſe exercebat arbitrio. Huiuſce rei que cã eſſet cum ſeniores pagi illius interrogarentur/reſponderunt/ Matrem plus ei filio debere/qui ſe ſua ſponte patris ſeruuz feciſſet/q̄ qui libertate adhuc vteretur licet ꝛ ipſe de patre benemeritus eſſet. matrẽ autem omniũ eſſe tellurem/que omnes aleret. ¶ Hec

parabola hoc modo explanāda mihi videtur. Omnes quidem nos per fidei adoptionem dei ⁊ eccleſie filij ſumus. Sed ſi ab ea queſierimus/cur monachi ⁊ ſecularis/cum eque in excolendis virtutibus deſudarint/non equalia merita ſint: non ne reſpondebit/ plus ei ſe debere/qui deo pri̅ obtulit in ſacrificio cum virtutibus libertatem/ꝙ qui ſolas donauit virtutes: Eſto vterqꝫ ſeruet ea que religiōis ſunt/alter tñ ita ſe ſubiecit / atqꝫ ligauit vt nunquaꝫ ſibi fas ſit/ab obedientie/caſtitatis/ paupertatis voto reſilire/alter vero ꝙuis deo non minꝰ obſequens ſit nondum tamē pro dei amore alioꝝ etiā imperio ſe ſubdidit. ſed in eo adhuc manet/vt quanuis caſtitatem ſeruet/nō tamen ita ne cōnubio illaꝫ ſi velit/ mutare ſibi liceat. ꝙuis etiā pauper viuat/non tñ ea lege/ne vnꝙ in vita diues eſſe poſſit/neqꝫ ea conditione/ vt quātulūcūqꝫ poſſidet/cōmune cum alijs ſit / ſi nolit. Quiſquis ergo tuorū operum vberiorem fructū percipere cōcupiſcis/deſine eſſe tuus / totum te patri trade deo/nihil in te reſerua/quod mundus dicere poſſit eſſe ſuū. Qui vult poſt me venire inquit / abneget ſemetipſum/⁊ tollat crucem ſuaꝫ/⁊ ſequatur me. Ille ſemetipſum abnegat/qui nullum ſui ius ſibi relinquit/ſed ſe totum perpetuo alterius dedicat voluntati. matthei. xvi.

¶ De fugienda feminarum conſuetudine profeſſoribus caſtitatis. Parabo. xv.

QVidam in ſicilia montem ethnam flammas eructantem cum inſcederet/igni propior factus ardorē ſentire cepit. tum quo ꝓximior flagranti iugo acceſſerat, eo magis eſtuabat. Poſtremo cupiditate ſcrutandi nature ſecreta tam vltra proceſſit/ vt cinere prunisqꝫ repentina quadaꝫ montis reſpiratione veluti vēto effuſis inuolutus periret. Qui vero ꝓcul inde con-

ſidentes huic ſpectaculo aderant vt viderūt qđ conti-
git deteſtati ſunt homis temeritatem qui taꝫ pn̄ti peri-
culo vitam cōmittere auſus fuiſſet nulla cōpulſus ne-
ceſſitate. Quā obrem ipi retroceſſere: atꝗ ad tutiora
loca: vnde vix fumum portētoſi ardoris cernere vale-
rent rapti ſe ſe tranſtulerūt. ¶ Huius parabole ſimili-
tudinem facile explicari poterit qui nouit inquanto a-
mittende caſtitatis verſentur piculo qui ſe vltro inge-
runt aſpectibus feminaꝝ. Illis arridere/cum illis con
fabulari illas tangere ethneis ignibus proximare eſt.
Tunc ſi licentior interceſſerit familiaritas libidinis in
cendijs cōflagrabit ſanctioriſ propoſiti pudor: ꝛ turpi
ſeruire incipient luxurie: qui ante ſeruierāt cħo. Qui
vero a mulierum cōſuetudine quātuꝫ poteſt: procul ſe
fecerit: ꝛ non minus eis ꝙ ſiculis illis ardoribus acce-
dere veritus fuerit ſemp cauens periculum quod mul-
tos perdidit/hic demuꝫ animi corporiſꝗ integritatem
quam deo vouit letus offeret. et angeloꝝ conſortium
merebitur in celo qui Angeloꝝ vitam vixit in terris.

¶ De ijs quos tentatio ſuperat/et a quibus ſu-
peratur. Parabola. xvj.

Rex exercitu in aciem educto ꝓpoſuit victoribus
premium/victis penam. Cum hoſte congreſſi
preliabātur diu dubio marte purgatum eſt. Qui tādeꝫ
obnixius ptinatiuſꝗ reſtituere vicerunt. In his tamen
quidam ſepe humi effuſi rurſum reſurgendo decerta-
bant: ita vt eoſdem a quibus deiecti fuerant/ſuperaret
Qui vero per ignauiam hoſtibus ceſſere plurimi inuē
ti ſunt. Quoꝝ alij cū primū acriter obſtitiſſent poſtre-
mo pugnandi tedio magis ꝙ vi aliqua ſupati manuuꝫ
aduerſarijs dedere. Alij vero ante pugnā tranſfuge fa
cti iugum ſubiere inimicorum. De his qui victi ſunt/

regi tandeꝫ redditis ſuppliciuꝫ ſumptum eſt. Illis aūt qui cum victorie laude rediere triūphus datus / ⁊ cum rege ſimul cōſidendi ⁊ cōuiuēdi locꝰ. ¶ Hec parabola nos omnes reſpicit/quibus in hac vita aſſidue pugnandum eſt: ⁊ vt vincere valeamus nūq̄ cōquieſcendum. Qui ſemper fortes ſunt ſemp vincūt virtutūq; armis muniti nullū in ſe vitio locum relinquūt Qui proſtrati reſurgūt: hi ſunt quos peccati penitet/⁊ poſt lapſuꝫ cautiores facti maloꝝ cupidiuum laqueos diaboliq; inſidias vitant iuſtitieq; cōſeruande ſtudio intenti vitaꝫ feliciter finiunt. Sed qui victi ſunt / cōcupiſcētijs frena ꝑmittūt ⁊ per voluptatem abrupta ꝑcipites in foueam perditiōis corruūt. Malunt ſeruire diabolo/q̄ eius infeſtationi repugnare. qui nemineꝫ vincit/niſi vinci volentem. Ex his q̄ cuꝫ multo tpe cōſtanter ac ſtrenue decertaſſent/poſtremo ſuccubuere illos intelligimus qui cum vitam bene laudabiliterq; inſtituiſſent/non vſq; ī finem pſeuerauerūt. Et qm̄ militia eſt vita hoīs ſup terrā fortibꝰ poſt modici tpis labores qui es eterne beatitudinis in celo cōfertur. Ignauis vero ⁊ luxurie deditis poſt breuiſſimas huius mūdi voluptates tormēta ignis inextimabilis irrogant. O quanto igitur quamdiu hic viuimus ꝑferendus eſt ocio labor mollitudini vite rigor delicijs aſperitas et breuiter vitio virtus.

¶ De diaboli piſcatione. Parabola. xvij.

Piſcator callidiſſimus cū varij ſaporis eſcas tranquillo mari effudiſſet/multa piſcium genera vno ſuperiecte funde ſinu cōphendebat/cōprehenſos mactabat. Si qui aūt illoꝝ anteq̄ reticulū in ſicco traheretur maculis illis quibus implicatus fuerat ſeſe expediſſet/fuga ſalutem petebat. Poſt hec malebat herbis que in imo fundo naſcuntur/ſecure paſci / q̄ predulces

peccatoꝝ cõpꝛehendimur. alius vana ſuperbit elatiõe/ alius feruet iracundia/ alius pecunie cupiditate trahit/ alius foꝛnicatione ſoꝛdeſcit/ alius toꝛquet inuidia/ aliuſ ventri/ alius ocio indulget. Sed qui longa aſſuetudine in aliquo hoꝝ vitio imerſus contabuit/ vix vnꝗ̃ erigitur. In eo itaqꝫ pſeuerans maligni aucupis huius manu pꝛemitur/ atqꝫ interimitur. Qui vero non vſqꝫ adeo peruicaci mente obduruit/ criminis cõſcientia idẽtideꝫ remoꝛdetur/ ꝛ moꝛes per penitentiam emendat. ꝓ peccata relinquit/ ac ſaluti ſue conſulens operi accingitur virtutis. Auidis ergo diaboli faucibus elapſus/ eum a quo deceptus fuerat decipit. Quẽ enim ille delinquentem ſuam putabat pꝛedam/ coꝛrectum dimittere cogit. Quiſquis ita ſe coꝛrectũ ſenſerit/ deo gratias agat ꝛ cũ pꝛopheta concinat dicens/ Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium laqueus contritus eſt: ꝛ nos liberati ſumus/ adiutoꝛium noſtrum in nomine domini/ qui fecit celum ꝛ terram. Ps̃. 123.

¶ De diaboli in ſeruos ſuos ipietate. Par. xix.

EST quidam Tyrannus pꝛe ceteris impius atqꝫ crudelis. Illos enim qui ſibi omni ꝓſus obſeq̃o famulant/ omni ſtudio parent/ in vincula tandem coniectos ꝑpetuiſ afficit supplicijs/ veluti ſi ſemper ſuo noĩ infidi infenſiqꝫ extitiſſent. Rebelles autem ꝛ inimicos ire ſinit illeſos/ quinimo blanditijs lactat/ benignitate allicit/ vt cuꝫ ſibi ſeruire ceperint/ ꝛ ipſos repente ꝓdat. Nõ eniꝫ alijs nocet/ niſi quos ſibi amicos fecerit/ adeo ꝑuerſi animi eſt maligneqꝫ nature. ¶ Tyrãnuſ iſte diabolus eſt/ note impietatiſ. Ei ſane obſequunt ꝛ obtẽperant/ qui vitijs ſeruiũt. Quid enĩ ille aliud ab hoibus exigit/ niſi vt ſupbiant/ oderint/ rixentur/ crapulam impudicitiamqꝫ ſequantur/ rapiant/ decipiant/ detrahant/

occidāt mala ōniq; oīa cōmittere ne dubitēt neue eru beſcant: Jd qdem non vt remuneret ſue morem gerentes voluntati: ſed vt interimat. Qui vero contraria his agunt/eis nocere oīno non poteſt: niſi cuz dolo aliquo ſeducti a ꝓpoſito colende v̄tutis deſciuerint. Tūc enim ⁊ ipſoꝝ callide ſibi conciliatos mittit in interituz ſempiternum. Demus igitur operam/ſi tuti eſſe volumus/vt diabolo ſemper aduerſarij ſim⁹ amici nūquaz.

¶ De quinq; ſenſuū pugna. Parabo. xx.

Erat metropolis noīatiſſima/Jrenen vocabant/ in qua cum ſūma animoꝝ trāquillitate degebaſ. nihil diſcoꝛs nihil turbulentū aderat. ſed in via que ad eam ducit/quinq; diuerſi generis beſtie inſederant/oēs quidem magnaꝝ virium hoꝛrendeq; ferocitatis. Cum his certādum erat/cuicūq; ad pacis vꝛbez tranſire collibuiſſet neq; oīno niſi ferarum victoꝛib⁹ dabatur acceſſus. Qui vicerāt/reliquū vite tēpus iocundeq; agebant. victi belluinis moꝛſibuſ atq; vnguib⁹ laniabanſ. tantūq; incōmodi ſuccūbentibus accedebat/quantum vincētibus gloꝛie. ¶ Nobis texit hec parabola. Cuz quinq; coꝛpoꝛis nr̄i ſenſibus aſſidue nobis pugnandū eſt: ⁊ ita pugnandum vt vincamus: ſi celeſtis btitudinis pace frui volumus. Viſus/Auditus/Odoꝛatus/Guſtus/Tactus/vim menti nr̄e ingerūt: ⁊ ad illicita ꝓuocant. ſi aſſenſerimus malaꝝ cupidinuz moꝛſu dilacerati pibimus. Sin vero foꝛtiter conſtanterq; repugnauerimus rationis freno carnis appetitū cōpeſcētes/innocentie atq; virtutis ꝯſeruate merito vere pacis patriā ingrediemur vbi perēnis viget cōcoꝛdia idiſſolubilis charitas indeficiēs leticia incomparabile bonum: felicitaſq; ſempiterna. Hic luctandū eſt: vt illic requieſcamus/ hic vincendum / vt illic coꝛonemur. Queratur

ergo bello pax/que non niſi bellando invenitur. Sem per tamen dei auxilio nobis opus eſt/ vt vincamus.

De penitentia ꝛ obſtinatione. Para.xxi.

Quidam patri familias duo liberi erāt / q̄bus ille ingentia q̄dez contulerat beneficia/ſed multo maiora adhuc ſe collatuꝝ ſpoponderat /tanto eos amore complexus/ q̄tus in nullo fortaſſe alio patre erga optimos filios queat reperiri. At ipſi oīm ingratiſſimi nec paternoꝝ erga ſe bn̄ficioꝝ/nec ſue prorſus humanitatis memores/ꝓ bono malum/pro charitate odiū referre cepere/monita eius nō audire/iuſſa cōtemnere/ ꝛ ei a quo geniti/a quo ſic dilecti fuerāt/iniuriam irrogere/nec lingue/nec manibus temperantes. Patienter ille tollerare omnia/ ꝛ vt tandem reſipiſcerent hortari. Poſtremo ſi deinceps ab offenſis ceſſare vellent ſibiq3 obtemperare/quicquid hactenus in ſe deliquiſſent/eis condonatuꝝ ſe ꝑmiſit/multoq3 potiora bona p̄bituꝝ/ q̄ ad eam vſq3 diem indulſiſſet.ſin vero in malis pſeuerarent/non iam pijſſimi parentis clementia vſuꝝ / ſed ſeueriſſimi iudicis functuꝝ officio/neq3 omnino paſſurū male ppetrata impune abire. Quā enim vindictā tāta non mereat ingratitudo ? Cōmouit plane alteꝝ ex filijs cū mira patris benignitas/tū future pene/quam ille denūciabat/metus. atq3 ad genitorem ſuū cōuerſus corāq3 proſtratus/flens gemenſq3. Talia inq̄t in te cōmiſi pater/ vt iam non ſum dignus vocari filius tuus. Unū oro/pteritta delicta mihi remittas/ ꝛ cū futuro compenſes obſeq̄o/qd̄ poſt hac me tibi ſpondeo preſtiturū. Ex templo iſte veniam meruit/amplexu oſculoq3 exceptus a patre/ ꝛ cū illud quod pollicitus fuerat/ſedulo impleſſet/heres factus bonis omnibus affluere cepit. vſq3 adeo ꝓfuit ei mores vitamq3 correxiſſe. At

vero alter magis arrogantis animi ꝓteruitate obdu-
ratus nec pꝛomiſſis allici/nec minis potuit deterreri. ⁊
qm̄ nūq̄ ab inueterate malicie pꝛopoſito diſcedere vo
luit/patre poſt diuturnā patientiā in indignationē tan-
dē concitato meritas tanta obſtinatione penas dedit/
nō mō ab eo exheredatus/ verū etiā teterrimo carceri
vinculiſq; eternis traditus. ¶ Hanc parabolā magis
apertam eſſe reoꝛ/q̄ vt expoſitiōe indigeat. Quis enī
ignoꝛat/deū patrem nobis in filios adoptatis ⁊ multa
bona cōtuliſſe/⁊ plura pꝛomiſiſſe. Nos vero erga eū
non ſolū eſſe igratoſ/ſed ⁊ iniurios/dū neq; que iubent
facimus/neq; que ꝓhibent cauemus. Et tñ ille pientiſ
ſimus dñs non cōtinuo delinquentes punit/ſed vt coꝛ-
rigamur expectat/ Si penitentiam agimus/veniam in-
dulget ⁊ eterne beatitudinis efficit participes. Obſtina
tos autē celeſti hereditate indignos iuſtus iudex in in-
fernum deijcit cruciandos. Et cū hoc ita ſit/quis tam
ſibi ipſi infenſus eſt/vt nūq̄ eum deliquiſſe peniteat. nec
iam q̄tū poteſt/maturet per vite emendationem vita-
re ſupplicia beatitudinē pꝛomereri. Nolo inquit dñs
moꝛtem peccatoꝛis/ſed vt conuertatur ⁊ viuat.

¶ De penitentia ⁊ confeſſione. Para. xxij.

Imperatoꝛ quidam ſingulari pietate inſignis/cum
plurimos in ciuitate conſpiceret/qui leges quas ip
ſe tulerat/minime obſeruarent/noluit continuo adulci-
ſcendū ſcelus animū cōuertere/ſed interim aliam roga
uit legem/vt ſiquis ſuo oꝛe ſe deliquiſſe fateretur / veni-
am peccatus impetraret. ſoli autem penam penderent/
qui crimen confiteri/ ⁊ impunitatem commiſſo flagi-
tio poſcere neglexiſſent. Nouerat ille quidem omnes
eos qui deliquerant/neq; neceſſe erat/vt aliqd ex ipſo-
rū cōfeſſione diſceret. Sed hoc idcirco exigebat/ vt illi

ſeipſos accuſando oſtenderēt/quātū de ꝑpetrata cul-
pa dolent/quātū de ꝑpetranda cauere decernāt/vt ſcili
cet ſponte ſuſceptus peccatoꝝ dolor dolorez ſupplicij/
qui peccātibus debebatur/ſubmoueret/fonteſq; ad ino
centie ſtatū penitētie merito reformarētur. ¶ Talis i
eccleſia lex.dei eſt Nihilq; factu facilius penam peren
nē vitare volētibus ꝙ vt eos ⁊ peccati peniteat/ ⁊ fa-
teri peccata non pigeat Non hic pecunia exigitur/non
peregrinationis labor/nō nauigatiōis periculum non
mundane militie ſtudium/non aliqua exterior corpis
fatigatio/abſque impēſa/abſq; mora pagi poteſt qd iu
betur.Linguaz tm̄ moue vt cōfitearis/Cor vt doleas/
animum vt caueas/⁊ omni prorſus aiaduerſione liber
euades/imo et mercede que iuſtis promittitur dignus.
Ceterum mirādum ne magis an lugēdū ſit neſcio/cum
penitere ⁊ cōfiteri nemini non in promptu ſit non pau
peri/non egroto/nō morboſo/non longa etate iam de-
crepito ſeni/eſſe tn̄ aliquos/qui ne hoc quidē ꝑſtare vo
lunt.penamq; illam/omnibus que hic inferri queunt/
acerbiorez/ſubire malunt/ꝙ a delinquēdi obſtinatione
reſipiſcere/tam in ſe ipos crudeles/ꝙ erga clementiſſi-
mum legis latorē deū iniqui.Hec ergo parabola illos
reſpicit/qui penitētie cōfeſſioniſq; ſacramētuz ex diui-
na largitate fideli populo indultum cōtemptui habēt.
Et ſi id quia peccare delectat agunt imprudentiſſimi
ſunt/cum non aiaduertāt/neq; ꝙ breuis iſta delectatio
ſit/neq; ꝙ longa illi ſuccedāt tormēta/vtq; quoꝝ nullꝰ
finis.Sin vero quia qd in oculto comiſerint / nemini
manifeſtū volūt/valde ridiculi ſunt/Ut quid eni robur
eſt ea homini reuelare/que ō eo ſpectāte non puduit fa
cere.ea vni nunc confiteri/ que niſi confiteare oibus
poſtea nota erunt in die iudicij.Dicēte Naū propheta
iij. Ecce ego ad te dicit dn̄s deus exercituū et reuelabo iij
pudenda tua in facie tua/⁊ oſtendā in gentibꝰ nuditatē

tuam: ⁊ regnis ignominiam tuam. Quanto igit̃ melius eſt: quãto optabili⁹ nũc vni ſacerdoti commiſſa dicere: hiſqꝫ expiatis celo ſe dignum preſtare q̃ tunc vniuerſis nõ modo hoibus: verum etiã Angelis manifeſtum fieri: ⁊ qð icõparabilit̃ pei⁹ ẽ eternis mãcipari ſupplicijs.

De futurorum bonorum malorumqꝫ contemplatione. Parabola. xxiij.

Rex quidam in omni laudis genere p̃ſtantiſſimus omniumqꝫ que deſiderari queunt/ locuplex / lege decreuit ita vnũquẽqꝫ. Ciuiũ ſuoꝝ donis honoreqꝫ afficere ſi illis dignum inueniſſet: ſin contra in exiliuꝫ perẽne relegare. Itaqꝫ q̃ſdaꝫ ex p̃ſtãtioribus in ciuitate retinuit: vt vna ſecum regni bonis fruerẽtur feliciterqꝫ viuerent. Reliquos in ꝓxima inſula cõſidere iuſſit / atqꝫ ibi agros colere / opibuſqꝫ fructuoſis ſe exercere: vt eo labore transferri ad ciuitatem mererent̃. Si qui autem ignauie dediti voluptatẽ corporis q̃ laboreꝫ ſequi maluiſſent ad vlteriorẽ inſulã fedam / ſqualentem ferris rapacibus ⁊ mortiferis anguib⁹ plenã deportarẽtur exilio / nunq̃ finiendo. In inſula ergo in qua primitus poſiti fuerant: alij propoſitum ſibi p̃mium affectãtes relegationenqꝫ timẽtes nauiter operi incũbebant. Alij vo ocioſam vitaꝫ actitãtes locis ciuibuſqꝫ tẽpus terebant p̃ntiũqꝫ voluptam illecebris deliniti / nihil de his que futura erant cogitabãt in eo dũtaxat ſibi beatitudineꝫ cõſtituentes. qð mox relinquere cõpellabantur. Illi ãt quibus mens ſanior erat ſemper futura que nullo fine cõcludũtur: meditantes oĩm prorſus p̃ſentium rerum delectatione aſtinebãt. Erãt eo loci duo ſcribe. Quorũ alter probitates oĩm alter vitia cõſcribebãt. Rex igit̃ quotidie aliquẽ de turba illa ad ſe euocatuꝫ quid i vita egiſſet inquirebat. aderant ſcribe pro illo ſtabat qui be

nefacta eius cōſcripſerat. Sed qui peccata notauerat: acriter accuſabat. Tunc homo ille aut p̄mium aut exi liū ex ſnia regis accipiebat. ¶ Parabole hui⁹ itelligē tia hec eſt. Rex ⁊ iudex nr̄ eſt Chriſtus ciuitas paradiſus. Qui cū rege bonis eternis pfruunt. Angeli atq̧ ſctōꝝ anime ſunt. Inſula in qua nobis laborādum eſt: terra mortalium eſt. In hac qui propoſitā ſibi vel beatitudinē vel miſeriam contemplatur ocia fugiunt voluptuoſam vitā deteſtant libenter laboribus exercent quibus ⁊ bonū futurum cōſequi: ⁊ malum vitare ſperant. At vero illi quibus nulla eſt neq̧ paradiſi neq̧ inferni conſyderatio p̄ſentia tm̄ curāt/carni fuiunt: ⁊ pecudum more quicquid voluptatis querunt capere feſtinant nulla equi honeſtiue ratione habita nullo vel premij deſiderio/vel pene metu ſuſcepto. Ubi autem ad finem vite puentū eſt ad tribunal chriſti quiſq̧ deceſſerit ſiſtitur. Animam illius Angeli benefacta recēſentes defendunt: demones delicta exprobrātes criminatur. Judex ſi virtutes vitijs victas viderit: meſtam ad inferna relegat: ſin virtutibus vitia ſuperata cognouerit letā ac geſtiētem btōꝝ cōcilio adſciſcit ⁊ bonis felicitat ſempiternis. Quibus certe ſi digni effici volumus magnitudinem eorum atq̧ gloriam iugiter meditemur. Non poteſt terrenis voluptatibus mens illici celeſticium contemplatione occupata.

¶ De librorꝝ ſeculariū lcōne. Para. xxiiij.

Bonus agricola maturis meſſibus cum areā repleuerit totum ſimul aceruū verberat atq̧ contundit. Poſt hec paleas a frumento ſeparans hoc ſibi colligit in horrea illas pabulum iumentis relinquit. ¶ Haud aliter agēdū exiſtimo lr̄aꝝ ſtudioſis quoties vel gentilium vel nr̄oꝝ euoluerint libros que in vtilia

UNIVERS. KNIHOVNA V PRAZE

ſunt reſpuant. que vero bene viuendi inſtitutionem iuuare queunt excerpant. Non eſt vitium oia legere / ſed ſine delectu omnibus delectari vitium eſt. Omnia probate inquit Apl'us/quod bonum eſt tenete. Et dominus in euangelio Zizania cum tritico colligere iubet / ſed hoc vſui ſeruare illa igni vrenda tradere.

¶ De inſtantia orationis. Parabo.xxv.

QUidam paupertate compulſus mendicare cepit. Et primo hoſtiatim panē petens abūde ſibi alimenta cōparabat. deinde diuitū cōciliabula circūiens non modicam colligebat pecuniam. Igitur elemoſinis tandem diues factus dicere ſolebat/medicos prius oportere fieri/qui diuites euadere cupiūt. ¶ Hec parabola orare nos admonet/⁊ quaſi medicos in omni loco omnique die ſublatis in celum manibus deum deprecari / ſi pane illo veſci volumus/quē guſtando nūq̄ eſuriemus/ ſi opibus illis ditari/quas nec fur ſurripe/nec tinea poteſt corrumpere. Petite inquit/⁊ accipietis / q̄rite ⁊ inuenietis/pulſate ⁊ aperietur vobis. Quid ergo cunctamur? ipſe iubet poſcere/qui ſolus poteſt dare/⁊ niſi paratus eſſet tribuere/poſtulare non p̄cepiſſet.

¶ De elemoſinarum fructu. Para.xxvj.

REx iuſtiſſimus vſuras lege interdixit ⁊ tñ feneratores diligebat. Qui videlicet ſoli ſibi nō aliis fenerarent. Multi itaque offerebant illi decē/⁊ recipiebāt
pro- centum quantoque plus impendebant tanto plus multi
uer. plicato fenore lucrabant. Sed nemo a rege vſuras exi
xix. gere poterat q̄ nō ante aliq̄d tribueret. ¶ Hec parabo
Lu. la elemoſine fructū cōmēdat. Qui eni miſeret paupis
vj. (vt ait ſcriptura) dño fenerat. Date inquit/⁊ dabit vo

bis mensurā bonā ⁊ confertā ⁊ coagitataꝫ ⁊ supeffluē tem dabunt in sinū vestrum. Nullum isto lucrosius vsu ré genus est/⁊ a paucis exercet. Nullū illo damnabili⁹ quo hoīes obligant/⁊ multis in vsu est. Tanta est eniꝫ in plurimis terrene opulētie cupiditas/ vt celestis the ſauri pariat obliuionem. Cuius quidem thesauri pciuꝫ qui recte consyderauerit/facile cetera oīa contemnet.

De auaricie vitio. Para.xxvij.

Quidā domi sue largo igne delectatus ligna lignis cumulando magnum cōflauit incendiuꝫ.ita vt do mus quoqꝫ flammis repēte crescentibus correpta con flagraret. Quo incendio ipse etiaꝫ circūdatus nec effu gere valens perijt. ¶ Talis est omnis auarus/ q̄ cumu landarū opum nulla cōgestione satiatus quantum pōt: aceruo addere nō cessat. Ceteꝝ dū fenore/rapinis/frau dibusqꝫ minus abstinet(ceca eni auaricia est/in oia illici ta impetu ruit)penā q̄ talibus debet/labi nullo modo pōt. Et cūcta que congregauerat relinquere/⁊ gehēne incendia nudus subire compellit. Talis quippe erat il le de quo in euangelio dictum est/mortuus est diues/ ⁊ sepultus est in inferno.

¶ De maloꝝ consortio fugiendo. Para.xxviij.

Fullo ⁊ carbonarius cōducta domo vna habita bant. Sed quicquid fullonis cura cōdificasset ex polliſſetqꝫ/hoc totum carbonuꝫ iuxta iacētiū ptrecta tio nigram diffundens puluisculi fuliginꝫ deturpabat Iaꝫ nemo fulloni pannos credere/nemo inertiam eius non culpare. Cūqꝫ nulluꝫ artis sue questū facere cepiſ set/contubernalis exercitio puocatus ad Carbonariā animum conuertit. Igitur de fullone factus ⁊ ipse Car

bonarius/miſere vitam ſuſtentauit.tantum illi mali cõtulit abiectiſſimi ſibiqꜫ diuerſi artificis commune habitaculum. ℭ Hec parabola docet perditoꝝ hominũ cõſuetudinem probate vite viris eſſe pernicioſiſſimã. Nã cum affectus noſtri ad malũ magis ꝙ ad bonum proni ſunt modicum fermentũ totam maſſam corrũpit. Pau latim ad eorum tranſſferimur prauitatem/quorum con ſortio vſi fuerimus. Unde Apl's ad Theſſalonicenſes
ſcõa ſcribens. Abſtinete vos inquit ab omni fratre ambulã
iij. te inordinate. Fit enim plerũqꜫ/ vt cuius quis vel collo quio vel conuictu delectatur/eius imitet᷑ ⁊ mores. Hoc
Pſõ. ꝓpheta teſtat᷑ dicens. Cum ſancto ſanctus eris / ⁊ cum
xvij. homine innocente innocens eris ⁊ cũ electo elect⁹ eris ⁊ cum peruerſo puerteris. Qui ergo inocentie ſue mũditiem integram illibatamqꜫ cõſeruare deſyderat flagitioſorũ cõſortia deuitet ⁊ ſui ſimiliũ acceſſib⁹ copulet᷑.

ℭ De ocioſitate cauenda. Par.xxix.

Quidã ocio ignauieqꜫ deditus paupertate grauari cepit angebaturqꜫ animo ſe inopem factuꝫ:nec tamen excitari ad agenduꝫ aliquid poterat quo ſibi victum cõpararet. Somniauit ſe theſauruꝫ reperiſſe quẽ auide ſinu collectum preſſis(vt ſibi videbatur)manib⁹ aſtringebat. Mox autem cũ euigilaſſet excuſſo ſinu nihil inuenit. Iterum ⁊ tertio eodem viſu ludificatus deũ ſuppliciter petijt vt tandẽ aliquãdo vo ſomnio inopie ſue ſubueniret. Reſpõſum accepit/ſi voti compos fieri vellet vo labore exerceret:meminiſſetqꜫ ocioſi eẽ ſomniando rem querere/induſtrij vigilando atqꜫ ideo ꝗdẽ alterum nihil facere lucri alteꝝ multũ. ℭ Hec parabola ſatis aperte ocioſorum arguit ſtultitiaꝫ. Quibus cũ omnis labor moleſtuſ ſit mirantur ꝙ vite neceſſarijſ indigeãt. Sed ſicut hi nullo negocio ꝯtenti fruſtra aliqd adipiſci

adipiſci ſperāt: ita ⁊ illi profecto/ quibus religioſe vite fatigationes faſtidio ſunt/ inaniter ſe beatitudinē cōſecuturos cōfidunt/ licet ijs que lege vetita ſunt/ ſatis abſtineant. Quod ſi attenderēt/ quid ſeruo illi in euāgelio contingit/ Qui ſibi creditum talentū nihil lucratus dn̄o ſuo reſtituerat nullam fortaſſe corporis inqetudinem declinarent nullo labore laſſarent. Quid eni infelicius illo qui manib⁹ pedibuſq; vinctis mitti iuſſus ē in tenebras exteriores/ vbi flet⁹ erit ⁊ dentiū ſtridor: Tale ergo meretur pmium/ qui tempus ad bene agēdum datū nihil agēdo cōſumit. Declina a malo. Spiritusſctūs iquit ⁊ qꝫ hoc nō fuit ſatis/ neceſſario ſubiūxit ⁊ fac bonitatem. Pſ. iij

De mendacio vitando. Par. xxx:

Quidam fingere ſolitus dum incederet: ꝙ repentino lapſus crus confregiſſet edito eiulatu opē aliorum vt ſubleuaretur implorabat. Multi miſerando ptinus accurrebant erigebātq; iacentez. at ille mox ide exiliēs chachināſq; ſe illis illuſiſſe iactabat. Plurimis ita deceptis vanitas hoīs iā fere nota erat cū forte cōtigit vt ī itinere pede lapidi icuſſo cōcideret/ coxāq; vehemēt elideret/ nec ſe ſe attolere valeret Jdcirco humi puolut⁹ fruſtra vt adiuuaret diu clamitauit, nullo nō putāte id illū ſicuti cōſueuerat de ridiculi cā ſimulare. Tūc demū itellexit/ ꝙ male ſua ſibi ceſſiſſet ſimulatio/ cū ibidē aut moriēdū foret nemine opem ferente aut ſoli ſe erigēdū. Hec parabola nos admonet/ ne mēdatijs aſſueſcamus. Nam etiam cum vera narrabim⁹/ nequaꝙ verbis fidem pſtabit quiſquis ante fuerit deceptus. Ab illo maxime mendatio declināđū eſt quo vl vera religio puerti poſſet vel pximi⁹ offendi. De eiuſmodi genere mendacij dictum eſt/ Os quod mentitur

occidit animam.

ℭ De alijs non iudicandis. Par.xxxj

RUſticus omnium inſulſiſſimus aſellum yna cum
oue in paſcuis relictum cuz non inueniſſet/ab oui
cula putauit deglutitum ⁊ in furorem verſus fuſte ꝑti-
nus arepto male acceptam delūbauit atqꝫ abijt. Poſt
ea nec ſaltem pellem humano vſui aptā perderet/eodē
loci rediens aſellum qui dudū aberrauerat iuxta paſcē
tem reperit/⁊ mirabundus ac ſtupens. Ecce mihi iquit
caſtigata ouis aſellum/quez comederat viuū euomuit.
ℭ O ridiculum ⁊ pluſq̄ ruſticane fatuitatis hominez.
Quis vnq̄ audiuit iumentum aliquod ouino ore vel
voratum vel editum. Ceterū hec parabola eo ſpectat/
vt credamus/non minus deſipere eos qui dubijs in re-
bus certam ꝓferunt ſentētiam/cum dominus clamet ⁊
mat dicat/Nolite iudicare/⁊ nō iudicabimini. Nolite cōdē
the. nare,⁊ non cōdemnabimini. In quo enim iudicio iudi
vij. caueritis/iudicabimini/⁊ in qua menſura menſi fueritis
remetietur vobis. Non q̄ ⁊ ipſi peruerſo iudicabūtur
iudicio.(Iuſtus eſt enim dn̄s ⁊ rectum iudicium eius)ſz
qꝛ merito damnandi ſunt/qui alijs immerito detrahere
non verentur.

De victus moderatione. Par.xxxij.

DUo ruſtici ſuum quiſqꝫ iumentum onerauerant
frumento ac vino iter habētes vrbem verſus: vt
his ibi diuenditis pecuniam ſecum referrent. Sz vnius
iumentum plus iuſto pondere preſſum pre laſſitudine
vix icedere poterat/gradatimqꝫ in via corruēdo remo
ratus nequiuit eo peruēire quo dn̄s volebat. Hic ergo
nihil emolumenti adeptus triſtis ac merens in via refe

dit/quem etiam latrones inuadentes deſpoliatum tru cidarunt. Alter vero cuius iumento tātū oneris impoſitum erat/quantum ferre poterat ad nundinas in tempoꝛe occurrens plurimum lucri fecit/letuſqꝫ ⁊ incolumis domū redijt. ¶ Hec parabola prim paraſitis ganeonibuſqꝫ partiꝫ victu modico vtentibus canit. vt appareat quantū vtroꝛūqꝫ ſoꝛſ inter ſe diſtet. Illi qui eſculentis poculentiſqꝫ ſupꝛa ꝙ ſatis eſt ventrem inferciūt/ iumentū plus equo onerant. Pꝛoinde tardi ad bonū/ pꝛoni ad malum/identideꝫ in flagitia ꝓlabendo beatitudinis eterne mercedem amittunt/⁊ ad toꝛmentoꝛum loca pꝛotinus deuoluti demonum pernitioſiſmoꝛū humani generis latronum afficiunt iniurijs. Nempe hoc illud eſt/quod in euangelio a veritate dicitur/Ve vobis qui ſaturati eſtis/qm̄ eſurietis. Qui vero nō pluſ ꝙ nature neceſſitas poſtulauerit vētri indulgent/hi iumētum quantum ferre pꝛeualet/onerant. Inde rōnis compotes appetituꝫ frenant vitijs abſtinent virtutum que ſtu ditantur/⁊ ad celerem patriam hilares redeunt iaꝫ nunꝙ non beati futuri de his enim dictum eſt/ Beati q̄ nunc eſuritis/quoniā ſaturabimini. Cauenda eſt igitur crapule itēperata libido q̄ cupiditatibuſ ſeruit ipmqꝫ coꝛpoꝛis noſtri iumentum ieiunijs caſtigatione domandū/ne recte recalcitret rationi/ſed pareat vel inuitum. Lu. vi. Lu. vi.

¶ De bonoꝝ maloꝛūqꝫ hominū vita. Par. xxxiij.

Eſt mons quidam aſper ſane ⁊ arduus aditueqꝫ difficilis. Ceterum in ſummo patet planities omnis generis fructibus exuberans a quiſqꝫ irriguis ameniſſima ⁊ in qua nihil omnino quod animuꝫ oblectare poſſit deſyderat. Pleriqꝫ tanti fruendi boni ſpe illecti magno laboꝛe ꝑ in vias rupes calleſqꝫ arctoſ ⁊ ſenticoſos nitunt ad cacumen peruenire. ⁊ vt voti compotes

efficiantur/nec die nec noctu conquieſcunt. Mōti huic ſubiacent effuſi campi ampliſſimaq3 arua ⁊ ea q̄dez ar boribus herbis floribuſq3 conſita/ſed in quibus null⁹ certus fructuum prouentus appareat. Nam etſi multa ſuis promittere cultoribus videantur/nihil preſtāt. Fruges quippe fere omnes meſſis tempore i modicus exurit eſtus/areſcunt ſiccitate herbe/Poma ventorū turbine agitata ante maturitatem ad terrā decidūt atq3 ita auidos agricolas in fine ſpes omnis fruſtratur. Multi tamen ipſa foliorum luxuria florūq3 decore capti malunt ibi inutiliter deſidere/ꝙ aſcendendi montis laborē ſubire. Contempto itaq3 bono illo/quo nullū3 maius/ quod ab his qui tam iuga tenent feliciter poſſidet mā ſione vanitatis plena contenti ſunt. hi pecudū carnib⁹ alunt/⁊ que humi legunt oleribus/alij porcos/alij hircos paſcunt/alij canes nutriūt/⁊ lepuſculos venantur/ alij conſcenſis arboribus auium nidulos rapiunt ⁊ frequenter cum ipſis quos manu prehenderint corruunt. alij auri venas q̄ritando terraz effodiunt/irrito tamē labore/cum nihil inueniāt. Sed hoc quoq3 mali patiūtur/ꝙ diuerſarum ferarū/quibus ager ille abūdat/morſibus patent. Hunc leones/illum lupi aliam vrſi cōprehenſum laniant/atq3 alios alie beſtie carptiz lacerādo iterimūt. Cūq3 hoc ita ſit/ceteri periade ac ſi ab omni prorſus periculo procul ſint/inter ſe ludūt rident/iocātur/voluptatib⁹ indulgent/nec ante eidem exitio ſe obnoxios animaduertūt/ꝙ experimēto didicerint. adeo mens vitijs dedita nihil qd̄ cauendū ſit proſpicit / niſi forte cū iam caueri non poſſit. ¶ Hec parabola bonorū malorūq3 hominū vitaz comprehendit. Arduuſ eſt ⁊ difficilis virtutū aſcenſus/at in ſummo beate quietis merces eſt. Campi autem qui ima montis tenent/latas vias habent que ducūt ad perditionem delitijs ad modum fecundi ſunt/ſed que mox inperniciē vertantur.

Incole carnibus viuunt/quia pecudum more preſentibus contenti futura non conſyderant. adherēs terreo lus decerpunt/dum terrenarum rerum obruti curis ad contemplanda celeſtia nunq̄ eriguntur. Porcos paſcunt qui turpis libidinis ceno inquinantur. Hircos ſequuntur qui infamis vite fetorem exhalāt. Canibus lepores inuadunt qui procacis lingue latratibus inocentiam aliorum ledunt. Nidulos aucupantur/quos inanis glorie cupiditas tenet dum honores ambiunt ⁊ ceteris preeſſe affectant. Aux in terra querunt ⁊ eludun tur/Qui cum multas opes congregauerint/vita defuncti eas relinquere coguntur. Longū foret ſinguloꝝ enumerare vitia. omnis eoꝝ voluptas lubrica ē/teneri nō poteſt cito elabitur ⁊ merorez ſuis relinqt amatoribus ſempiternum. Mox enim illi priuati omnibus ab inferna rapiuntur/⁊ a feris ignem ſpirantibus mordentur. Leones quippe demones ſunt qui ſuperbos infeſtant. Lupi qui voratium hominum ventreſ carpunt. Urſi q̄ iracundos pedibus conculcant. Deniq̄ diuerſis vitiis quondam obnoxios diuerſi illic ſpiritus aſſidue cruciant. Dumq̄ iſti infelices inter tormenta miſerabiliter lamentantur/illi qui virtutum colle ſuperato iam ſumma attigere beati exultant. Alteros breuis labor ad eternam puexit quietem/alteros breuis voluptas inextinguibilis ignis oppreſſit ardoribus. Utrorūq̄ finē cogitet q̄ noſſe cupit qualr ſibi iter mortaleſ viuēdū ſit.

De perſeuerantia boni. Para. xxxiiij.

Duo lini textores erant/ſatis vterq̄ artis periti/ſed ingenio diuerſi. alter enim opus ſuum ardenter accelerabat alter moderate admodū exercebatur. Ille ergo feſtinus cuz multum vna alteraq̄ die operiſ confeciſſet/lapſus demuz reſedit factuſq̄ eſt remiſſior/

⁊ laborem perteſus telam cui texende tanto ſtudio icu
buerat/imperfectam dimiſit. Hic autē qui in eiuſmodi
negocio minus ſtrennuus videbat/q² tamē cepto ope-
ri/manum nunꝙ̄ ſubtraxerat/eo peracto boni pruden
tiſq; textoris laudem reportauit. ℭ Hec parabola ad
monet/ſepe contingere vt religioſe vite propoſituȝ mu
tent/qui dum proficere immodeſtius affectant/ſupra vi
res ſeſe laboribus grauant. E diuerſo autem moderate
laborantium temperies cōſtans ac firma permanet/⁊
cū ſemper eodē vite tenore cucurrerit/ad capiēda vſq;
beatitudinis premia feliciter accedit. Qui enim pſeue-
rauerit vſq; in finem/hic ſaluus erit. Nā ⁊ in agone nō
qui celerius:ſed qui perſeuerantius currunt/metam ci-
tius attingunt/⁊ adepti victoriam coronantur.

ℭ De humilitate ⁊ Superbia. Par. lxxxv.

Obſidebatur ciuitas gygantum ab exercitu homi
num gygantee proceritati pene equaliū/ab ea mu
rorum parteq; occidentem ſpectat. Eaȝ vero que oriē
tem reſpicit/oppugnabant exigui quideȝ corporis / ſed
virium robore viri preſtantes atq; inuicti. Igit̄ ſagita
rij qui in muris erant/illos ex aduerſo grandes atq; ſu
blimes deiecere ſagittis. non enim poterāt errare ictus
in taȝ ampla corpora directi. Hi ergo quia in ꝑmis ma
gne ſtature erant ad vnum perierunt/cadaueraq; coꝝ
coruis pabulum fuere. Illi autem puſilli ⁊ pomilionibꝰ
pares cum ad certamen progrederentur/facile vitatis
ictibus acriter inſtabant. Itaq; prime ſubeundo ꝑ ſub
terraneos cuniculos vrbem irrumpentes/ciuibuſ par-
tim ceſis/partim in vincula coniectis/reruȝ potiti ſunt/
tanto celſiorem adepti gloriam/quanto ſtatura mino-
res erāt. ℭ Hec parabola ſuperbiā premit/humilitatē
extollit. Ciuitas gygantum potentia demonū eſt, Sub

ea ſuperbi ſedent, humiles pugnāt. Diaboli iaculis homines arrogantia elati feriuntur, dum vitiorum offēdicula non declinant. Coruorum cibus tunc fiunt, cum demonum morſibus carpuntur in inferno. Homines vero humilitate ſubmiſſi diabolicis viribus fortiores ſūt non muros illos ſcandunt, in quibus a duerſariorū ſuperbiam ſtare videat, ne pari cum illis vitio notentur. ſed vere humilitatis cuniculos prudenter ſubeundo victores euadunt & dominari incipiunt. Leti deinde iam ad celeſtem prouecti gloriam illum de euangelio verſiculum decantant, Depoſuit dominus potentes de ſede & exaltauit humiles. His oritur ſol iuſtitie, illis occidit: quia deus & ſuperbis reſiſtit & humilibus dat gratiam, ideo alteri orientem verſus ſtare dicūtur, alteri occidētem. In lumine igitur veritatis manent qui humiliantur & i tenebris erroris excutiūt qui ſuperbiunt. Quid multa? deiecta de celo ſuperbia corruit in infernū, de inferno ſublata humilitas aſcendit in celum, & adhuc aliquis vel ſuperbire audet vel humiliari negligit? Profecto nihil eſt illo ſtultius, qui ex his duobus inter ſe contrariis quid ſibi eligat, neſcit.

De patientia iniurie. Par. xxxvj.

Quidam conditū in arca theſaurū ſeruo ſuo tradidit ſeruandum iubens vt ſicuti acceperat illeſū ita cum poſceretur, reſtitueret. Seruus ergo multa cū ſollicitudine obſeruabat illū, ne quis vel per vim eriperet, vel furto ſurriperet. Interea dum cuſtoditur arca, quia lignea erat, caries vitiare cepit teredies excedere iam parum aberat vt quaqz verſum corrupta opulētiā illam detegeret / quā intra ſe occultabat. Cū igitur cerneret ſeruus arculam indies deperire atqz abſumi, nihil id penſi habuit, non arcam ſeruare ſe inquiens / ſed

qui in ea erat theſaurum vt integrū domino redderet cum ille iuſſerit. Quinimmo letabat/ꝙ arce labes ipſa probatura eſſet ſeruantis fidem cum is fatiſcente q̄ꝫ repoſitorio domini theſaurum diſpergi diſſipariq̄ꝫ nō ꝑmiſerit. ¶ Hec parabola nos ad patientiā iniuriarū hortatur/que nobis quandoq̄ꝫ indigne irrogantur/ ſi quicꝙ̄ irrogari indigne peccatoribꝰ poteſt. Igitur equo animo tolleremuſ ſi quis nos contumeliis carpat/rapinis exhauriat/maledictis laceſſat/ſi quis nos cedat/v-beret ſauciet mutilet ꝛ quo quomō nos affligat. tantuꝫ caueamus ne forte irritemur ad vindictaꝫ/ꝛ illis mala ꝓ malis reddere nitamur quos iubemur diligere/ꝛ orationibus iuuare. Ledant illi quantum volūt exteriora noſtra anime theſauro qui intra nos eſt nocere nō poſſunt/niſi ipſi aſſenſerimus. Aſſentiemus autem ſi per impatientiam peccabimus. Noſtra quippe delicta nobis detrimento ſunt/non aliena. Quod ſine laceſſiti quidē iraſcamur/apparebit tāto nos fideliores fuiſſe theſauri huius cuſtodes/quanto grauiora pertulerimus. Ita deniq̄ꝫ depoſitum ſuuꝫ exigenti dn̄o reſtituemus illibatum ſi omnia extrema pati maluerimꝰ ꝙ̄ peccare. ſi nō illos timuerimus qui corpus tantum occidunt/ſed euꝫ potius qui ſimul corpus ꝛ animam poteſt mittere i gehennam. Hic ille eſt in euangelio beatos vocat perſecutionem patientes propter iuſtitiam/ꝛ eoſdeꝫ/cōſolatur dicens/ Gaudete ꝛ exultate/quoniaꝫ merces veſtra copioſa eſt in celis. Quis ergo tam inſipens rerum exiſtimator eſt vt non anteponat eternam patiētie mercēdem cuicūꝗ̄ iniurie vindicte.

De iīuria q̄ nemi magiſ nocet ꝙ̄ ſuo autori. Ca.xxxvij

FUit quidam tam ire impatiens / vt cum in alios commotus fuiſſet / ſeipſum diuerberaret: neqꝫ

verbera ſolum/ſed etiā vulnera qn̄qꝫ infligere ſibimet viſus. Etenim indignationis furijs velut rabidus canis agitatus/quoties aduerſus quempiam furere cepiſſet/ſtricto r̄pēte gladio corp⁹ ſuū ſauciabat. ¶ Talis eſt quilibet maligne mentis improbiqꝫ ingenij vir. Quoties alium ledere parat/ſemper ſeipſum grauius offendit. dum alterum verbis petulātib⁹ laceſſit/ plus ſibi q̄ illi nocet. iiſdem ictibus quos in alienum corpus nequiter dirigit/ſuam lethaliter configit aīam / ⁊ quicquid nocumēti alijs inferre decernit / id totum ipſius incidit capiti. Neqꝫ. N. qui patitur iniuriam / ſed qui facit peccat. Peccatū autē ſuo nocet autori/non illi i quē peccat; quinimmo ei q̄ ſuſtinet/ꝓdeſſe poteſt offenſa/offenſori vero nō obeſſe nō poteſt. Profuit quippe martyribus perſecutiones pati/ſed perſecutorib⁹ conceptum in illos odium obfuit plurimum. Uide tamen hominū dementiam/non aiaduertunt / ſemper ſua ſe ledi manu ⁊ id quidem in parte longe nobiliore/quam in qua inimicum ledere putant. Inimicum vtiqꝫ non niſi in fortunis/in fama/in corpus offendere poſſunt/ que taꝫ momētanea ſunt/vt ſi illi non rapuerint/tēpus eripiet. ſeipſos autē in aīa offendunt / qua nihil eſt in homine preſtantius/nihil inſignius. Si. N. nihil prodeſt totius mūdi lucrum cum aīe detrimēto / nō ne aīa p̄cioſior ē mūdo? Nolite ergo cōtemnere animam (vt apoſtolus inquit) pro qua chr̄s mortu⁹ eſt. Aiam ſuam cōtemnit/nō ſolū q̄ ꝓximū odit/ſꝫ etiā ille q̄ nō diligit.

¶ De bono ope ꝑmanētis i peccato. Par. xxxviij.

ARborem frugiferā agricola fouere volens / multo labore ⁊ fimum ei apponebat/⁊ aquam quotidie trunco infundebat. nec tn̄ efficere potuit / quin illa liueſcētibus primo folijs/deinde collabētibus pene

tota areſceret, quia radici vermis in erat, cuius aſſiduo carptu viciata nec fructum ferre, nec oino viuere valebat. At vero poſtq̄ ille circunfoſſa raſtro radice tam noxii morſus vermiculum exemiſſet rurſumq̧ egeſtam humum ſuo loco repoſuiſſet ſanata radice arbor paulatim reuixit ⁊ humore concepto folia emiſit, florē fecit, fructus ad maturitatē vſq̧ pduxit, reliqui quoq̧ tē poris vbertate ſuo fauit cultori. ¶ Hec parabola eos reſpicit, qui cum multū in virtutib⁹ capeſſēdis deſudēt parum tñ aut nihil proficiunt, quādiu crimen aliquod intra ſe fouent. Scriptum eſt enim, Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Porro idem ſi penitentiam egerit, ſi vitium illud quod radici anime pertinatius inheſerat, extirpauerit abiecceritq̧, totus iam ſanus factus merori beatitudinis premia incipiet tum pfectius conſtantiuſq̧ animi bonis exuberans tum vſq̧ in finē in his preſeuerans. Fruſtra autē ad fruendam beatitudinem peruenire nititur, qui vel vnius flagitij morbo affectus claudicat. Singulis quibuſq̧ vitijs renunciet neceſſe eſt, ſingulis quibuſq̧ quātū poteſt careat, qui ea que bene facit, prodeſſe ſibi cupit ad ſalutem.

Eccl.i

¶ De morte omnibus cōmuni. Par. xxxix.

Villicus cum fenum meteret ſolo tenus, pratenſes herbas tam que mature erant, que adhuc lactentes tenelleq̧ ſimul collegit, cuncte denique pariter ſiccate ſunt. Quidam villicarum rerum ignari incuſabāt eum imprudētieq̧ quod herbicullas illas nouellas non ſiuiſſet creſcere, ſed vna cum grandioribus diſſecaſſet. videbatur enim ſi id egiſſet, plus feni collecturus. At ille inſciciam ipſorum ridens, Certe inquit, imperaſſem hoc falci, vt tēpeſtiua tantūmodo prata meteret, ſi aurita eſſet, ſed qm̄ auribus caret, nihil audit, ⁊ qz ferrea

eſt/nulli oīno herbe parcit/quocūqȝ aciem ſuam verte
rit/demetit oīa. ¶ Hec parabola vite moꝛtiſqȝ noſtre
ſimilitudinem tenet. hodie iuuenes/cras/ſenes ſumus.
moꝛs autē nemini parcens/nullū etatis facit diſcrimē/
nullū ſexus/nullum foꝛtune/nullum conditionis/nullū
virium. rapit pueros ⁊ adultos/viros ⁊ feminas/diui-
tes ⁊ egenos/dn̄os ⁊ ſeruos/foꝛtes ⁊ infirmos. Inſipiē
ter itaqȝ de illa querimur/cuius ea natura eſt/vt nullū
habeat hominū delectū/omnibus quippe ſe pꝛebet cō
munem. ⁊ cum vna vite moꝛtaliū conditio ſit/pfecto
qui aliquem moꝛi dolet/genituȝ quoqȝ fuiſſe dolere de
buit. Nam veriſſimum eſt/ qd̄ quidam ait / Naſcentes
moꝛimur/finiſqȝ ab oꝛigine pendet.

¶ De moꝛte alioꝛum nō lugenda. Para. xl.

Mulier quedam filium peregre pficiſcentem non ſine lachꝛymis dimiſit. ille vt meſtam matrem cō ſolaretur/bono animo eſto inquit/ero iterum tecum ci tius ꝙ putas. Putabat autem illa non ante trienniuȝ reditum eius foꝛe/cū ⁊ regio quam peteret/non parū longinqua eſſet/⁊ negociū cuius cauſa diſcederet / non ita bꝛeui poſſet expediri. Ceterū anno nondū elapſo caſu contigit/vt illa inimicoꝝ vi natali ſolo pulſa eo abiret quo filium pꝛemiſerat. atqȝ ipſum arctius am-plexa nihilominus flere cepit. Tūc ad eam filius in-digna res eſt/o mater vt quo abſente triſtabare/eo pꝛe ſente gaudere vl̄ ſaltem non dolere nolle. ¶ Hec para bola innuit ridiculos eſſe/ꝗ ſuos vita decedētes nimis īmoderate deploꝛant/cū ipſi inceſſanter poſt illos gra du irreuocabili pꝛoperent/cū omni ſpe citius fato com pellente eos quos ligent aſſequantur/cū deniqȝ ſi pa-ria vtroꝛūqȝ merita ſunt/eodem loci ꝙ celerrime con-ueniant. Pꝛeter hec ſi beatos vocat Apoſtol⁹ eos qui

in domino moriuntur/non ne pios bonoſq; lugere/beatitudinē illis inuidere eſt? Infideles autem ⁊ iniquos deflere quidem/non q moriantur debemus/ſed q in peccato moriant. cū ſcriptū ſit/Mors peccatoꝝ peſſima.

¶ De hora mortis icerta/vt ſp parati ſim⁹. Para. xli.

IMperator cōfecto bello cum victor in patriam remeaſſet/donatiuū militibus erogaturus indixit/q qua die in forum ipſe deſcendiſſet/venienti ſibi omnes cū armis occurrerēt q ſi quos inermes occurrere tunc contigiſſet/non ſolum nihil relaturos eſſe premiū/verū etiam inertie penas daturos. Illi incerti qn̄ imperator hoc eſſet acturus/quotidie cum armis parati aderant. Quidam autem expectationis tedio victi/paulatim arma deponere/⁊ iam inermes in publicū procedere/exiſtimantes non ita repente affuturum quē p̄ſtolabant. Cum ergo imperator die qua non putabant/in forum improuiſus affuiſſet/donauit omnes quos offendit armatos/quos autē inermes repit mulctauit. ¶ Hec ad omnes ptinet parabola. Omnibus enim ab imperatore celeſti predictū eſt/Eſtote parati/quia qua hora non putatis/dn̄s veſter venturus eſt. Tunc venit dn̄s / cum morte ſublatos ſuo nos tribunali ſiſti iubet. Si pietatis iuſticieq; armis inſtructos cōſpexerit/cōtinuo beatitudinis premijs donādos letus excipiet. ſin autē animi bonis exutos viderit ſupplicio afficiēdos iratus deputabit. Igitur quoniam diem vite noſtre vltimum noſſe non poſſumus/hunc ſemper hodiernum eſſe exiſtimemus. Taleſq; ſemper ſimus/quales in fine futuros eſſe cupimus. Quotidie quippe vigilādum nobis eſt/qbus precipitur/Uigilate qr neſcitis diem neq; horam.

¶ De doctoris eccleſiaſtici merito. Para. xlij.

Rex videns regni ſui populos abſq; lege nō ſatis
ciuiliter degere/legationē in oēs miſit/viuendi for
mulas prebuit/eas obſeruantibus propoſuit premiū/
non obſeruātibus penam. Hinc q̄dam mores correxe-
re/politicāq; vitam viuere cepere. Quidam vero hoc
ip̄m cōtēpſerunt/quia veteris licentie inſtitutum dimit
tere moleſtum erat. Ceterum quamuis in plebe maior
numer⁹ eſſet eoꝝ qui recti equiq; normā nō receperāt
legatos tn̄ illos rex cum rediſſent/quia ꝓbe officio ſuo
defunctos cōſtabat/dignis honoribus doniſq; affecit.
¶ Hec parabola euāgelici doctoris mun⁹ cōmēdat/q̄
ceteris viam oſtendit ſalutis/ ⁊ vt per virtutū gradus
celum conſcēdāt hortatur. licet autē pauci talem ample
ctantur doctrinam/non tn̄ ideo docentis perit merces.
Iſq; perinde a celeſti rege remuneratur / ac ſi omnes
ope cōpleuerint/q̄d audiendo didiciſſent. Neq; enim
doctori fraudi eſſe debet auditoriū culpa. Nō eſt ideo
neganda merces operario qui ſemētē facit/quia infe
cunda humus minus frugis dn̄o reddat. Unde ipſis
qui ad docēdam veritatē deſtinabātur/preceptum eſt/
In quācūq; domum intraueritis / primum dicite/ Pax
domui huic. Et ſi ibi fuerit filius pacis / requieſcet ſu-
per eum pax vr̄a/ſin min⁹/ad vos reuertet. Porro qui
docendi officium ſuſcipiunt/ſi quēadmodū debent/ do
cere neglexerint/quicq̄d de pp̄lo perierit/illis imputa-
bitur/dicēte dn̄o per Ezechielem/ Speculatorē dedi te iij.c.
domui iſrael/ ⁊ audies de ore meo verbum / ⁊ annuncia item
bis eis ex me. Si dicēte me ad impium / morte morie- 34.
ris/non annunciaueris ei/neq; locutus fueris/vt auer-
tatur a via ſua impia ⁊ viuat/ip̄e impius i iniq̄tate ſua
morief/ſanguinē autē eius de manu tua requiram.

¶ De inani gloria et auaritia doctori cauenda. Parabola. xliij.

Paſtori mādauerat gregiſ dn̄s/ad paſcua leta agere oues/herbiſq; optimis paſtas ad caulaȝ reducere ⁊ diligēterq; cuſtodire. At ille vt bene paſte eſſent curauit q̄dem/ſed alijs eaꝝ lac/alijs lanam ſurripe nō erubuit. Cumq; dn̄s partim emulſas/partim deglabratas eſſe vidiſſet/in paſtorem iratus in tātum illi pactaȝ pro labore mercedem ſoluere noluit/vt etiā male pro temeritatiſ crimine mulctatum dimitteret. ¶ Terreat hec parabola eccleſie doctores/vt cū diuini verbi pabulo dn̄i ſui ouile bene nutrierint/nihil inde ſibi venari preſumant. Ille enim lac ouiū emulget/qui ab ijs quos docet/plauſum laudis captat/dū queſtionum argutijs nihil ad rem ptinentibus occupatur. Ille vero lanam detondet/qui auaritie vitio ſuperatus ſuis predicationibus magis pecunie q̄ animaꝝ lucrum querit. Predicator aūt gloriam ab hoībus exigens/dei gloria indignus erit/atq; audiet/recepiſti mercedē tuam. Et ſi elliciende pecunie cauſa predicauerit / non predicator fuiſſe a dn̄o arguetur/ſed preuaricator. cum preceptuȝ ſit/ Gratis accepiſtis/gratis date. Donum quippe dei eſt/in eccleſijs predicandi ſcientia. Hoc dono abutitur / q̄ſq̄s aliud q̄ ſalutem coꝝ/quos inſtruit concupiſcit.

¶ De doctore q̄ aliter docet/aliter viuit. Para. xliiij.

Dux a rege in expeditionē miſſus magno animo certamen inire ſuos hortabatur/tantūq; pre ſe ferebat audacie/vt primus cum hoſte cōgreſſurus videretur. Cum autem in aduerſarioꝝ copias repente inciſſet/caſtra q̄dem muniſt/⁊ nihilominus alios in aciē deſcēdere ⁊ manū conſerere iuſſit/ſed ipſe in tuto reſidēs poſtq̄ vidit clamore vtrinq; ſublato acies cōcurrere/arma miſceri/⁊ iam digladiantium cruore ſolum paſſim ſpargi/non expectato belli euētu primus terga

vertit. deinde milites quoq; duce deſtitutos fudit hoſtis. Qui periculum elapſi fuerant / adito rege ducis ignauiā multis accuſantes poſtremo in lingua illi fortitudinē fuiſſe. dixerunt in pedibus metum / ideo victoriam aduerſarijs reliquiſſe. Rex vbi accepit ducis culpa rem male geſtam / vrbe eiectum exilio mulctauit.
¶ Hec parabola illos reſpicit predicatores / qui qd̄ verbis edificant exemplo deſtruūt / ꝛ quod alios expoſcūt / ipſi minime preſtant. alijs onera grauia imponunt / ipſi ne digito quidem ea tangere volunt. Longe enim diſſimiliter viuūt / atq; viuendum precipiunt. moreſq; eorum cum oratione / cum dictis facta pugnant. Proindeq; illud quod ſuadent / non pſuadent. Cum enim ad capeſcendam virtutem ceteros hortati fuerint / ludere putantur / ꝛ quaſi deridiculi cauſa plebi pcipere / quod ipſi non faciunt. Qm̄ autē acerrime vitia rephendunt / que ipſi cōmittere nō verentur / nōne ſemetipſos propria voce damnant. Quid igitur obſtat / ne a iuſto iudice damnētur / qñ quidē ſuo ſe preiudicio iam condemnarunt. Auditorium tamē ſaluti conſulens dñs / Omia inquit / quecunq; dixerint vobis / facite / ſecundum vero opa eorum nolite facere / dicunt enim ꝛ non faciunt. matthe. xxiij

¶ De doctore qui quemadmodum docet / ita et viuit. Parabola. xlv.

Vir quidam in primis diues conductis ad excolendum agrum operarijs famulum ſuum prefecit / qui laboratibus inſtaret. Ille videns tandē / ꝙ verbis vrgēdo adhortandoq; parum proficeret / ſumpto manibus ligone operi ſe ſe ardēter accinxit / parē ab reliquis exigens in agro fodiēdo alacritatē. Omnes eiꝰ exemplo ſollicitus id quod debebant peregere. ꝛ tunc plane apparuit / his qui operam ſuā locant / facto ma-

gis eorum qui preſunt/ꝙ dicto opus eſſe/ne pigriten-
tur. Js. N. qui alios ad aliquid agēdum hortatur tm̄/
plus poſcere videtur/ꝙ qđ preſtari poſſit. Qui autem
et hortatur: ꝛ ſimul negocij ad qđ hortatur/ſe facit cō
ſortē/nullum ceſſantibus relinquit excuſationis locuȝ.
Qualeȝ. N. ipſe corporis fatigationē vltro ſubit ac ſu
ſtinet talem etiā omnes reliquos ferre poſſe certiſſime
teſtatur. Haud aliter conuenit ei/qui in eccl'ia ad po-
pulum declamat. Talem ergo ſe exhibeat/quales vult
reliquos eſſe quos docet. nec ſolum verbis inſtruat/
ſed etiam exēplo. Jlle deniq arguat alios / qui ipſi re-
dargui non poſſit. Cepit nempe ieſus facere ꝛ docere/
ſic Apoſtoli/Sic Euangeliſte/ſic omneȝ nūc Chriſti fi
deles. Qui autem fecerit ꝛ docuerit ſic / hic magnus
vocabitur in regno celorum/ait dominus.

KNIHOVNA

¶ De paſſiōe dn̄i ꝓ ſuis ſuſcepta. Para. xlvj.

In ciuitate omnium precipua rex erat precete-
ris preſtantiſſimus. huic ſerui prope innuumera-
biles ꝛ quidē egregij ſumma cum veneratione atq fi-
de obſequebantur ac parebant. Dignus eniȝ erat/qui
ab omnibus coleretur et obſeruaretur/ obſingularem
in omnes liberalitatē atq pietatē. Cum auteȝ nunciū
accepiſſet/quoſdam de finibus regni ſui captiuitatem
paſſos iugum ſubiſſe miſerrime ſeruitutis / in qua illis
per eundum erat/niſi ipſe ſuccuriſſet/in tanto vite pe-
riculo conſtitutis opem ferre decreuit. cumq cogno-
uiſſet/nulla prope alia mercede illos ab interitu redi-
mi poſſe/preterꝙ vt ipſe eorum ſubeat vicem / ne hoc
quidē recuſauit. ſemetipſuȝ vltro inimicis obtulit / ſua
morte ſeruorum ſaluti cōſulturus. Rex itaq interimi-
tur/ꝛ ſerui dimittuntur. Tantam auteȝ ac tam raram
clemētiam deus remunerare volēs/regem qui occiſus
fuerat

fuerat, non multo poſt ꝛ vite ꝛ regno reſtituit. Cū autem rediuiuus regnaret, ex ĩs quod redimeret, alĩ fideliter ei ſeruierunt nec laboribus nec vite parcentes vt pro tanto beneficio: quam poſſent, grām referrent. Alĩ vero nihil quicꝙ̄ pēſi habentes eius imperium ſpreuere, non modo qđ ipſe iuberet agere ꝯtēnendo, verꝫ etiā econtrario illud agēdo qđ vetaret. Poſtꝙ̄ autem Rex illos qui non ita erga ſe ingrati extiterant, in ciuitate receptos bonis omnibus affeciſſet, Iſtos qui magis inimicis ſuis ꝙ̄ ſibi fidi erant, loco hoſtium habuit, miſſiſꝗ appitoribus cōprehēſos carceri tradidit atꝗ mulctauit. Quidam tñ anteꝙ̄ in vinculo conĩcerent, cum ſibi ignoſci ſuppliciter popoſciſſent, veniam impetrarunt. ꝛ hos quidē Rex veluti ſi nunꝙ̄ deliquiſſent: benigne ſuſceptos ciuitate donauit, honorumꝗ cōſortes fecit. in illos tm̄ quos peccati nūꝙ̄ penituit iuſtus: in alios oēs magis ꝙ̄ dici queat clemens. Nam ſi peccare non ceſſantes impunitos dimiſiſſet, non ignoſcere peccantibus videretur: ſed fauere. qđ ab omni prorſus bonitate alienū foret. ¶ Longiuſculo ambitu recitata Parabola: quoniā ipſa ſe pandit, a nobis breuiter explicabitur. Rex regum chriſtus e celo in terram delapſus mori voluit: vt nos a morte redimeret. tertia die viuus reſurrexit ꝛ in celum aſcēdit: vt nobis reſurrecturis in celo beatitudinis locum prepararet. Sancti oēs gratiam retulere, non ꝗdem parē: quia īpoſſibile erat: ſed qualem poterant, nullum laborē pro illius nomine ſubire recuſantes, nunc vna cum illo vitam beataꝫ ducunt. Non nulli tamē chriſtiani beneficioꝝ īmemores: ꝛ ſimul ꝓprie ſalutis obliti. Chriſti mandata ſuis cōcupiſcētĩs poſtponunt: ꝛ dum corporis voluptatibus indulgēt, corporis atꝗ anime redemptorē offendere nō verentur. Hos ille cui peccant: ante vite finem penitentiam agentes clementer ſuſcipit: non agentes iuſte

damnat. quia ⁊ miſericors ⁊ iuſtus eſt dominus.

¶ De purgatorio. Parabola. xlvij.

Rex inter potentiſſimos primus menſam habet decore egregiam ⁊ electiſſimorum ferculorum ſemper plenam. quam vaſa auri puriſſimi mirabiliq; fulgore radiantia exornant. nihil in ea infertur pollutum/ nihil aliqua in parte maculatum. Huic regi lances auree/ ⁊ he quidem affabrefacte aliquando oblate cum non ſatis purgati metalli apparuiſſent/ remittendas artificibus curauit vt igni excoquerentur reficerenturq;: ⁊ omni demum conſumpta ſcoria digne fierent conuiuij ſui vaſis annumerari. Itaq; multo cum labore purificatum metallum/ elegantioriq; forme quam antea fuerat redditum/ ad menſam tandem regis eſt receptum: ⁊ in delicijs eque ac cetera habitum. ¶ Hec parabola liquido oſtendit/ eos qui celeſtis menſe vaſa effici cupiunt/ oportere: vt omni prorſus expurgentur peccatorum ſpurcitia: vtq; nihil in animo reſidui ſit/ quod maieſtatis diuine conſpectum offendat. Quicunq; igitur ex hac vita non ſatis emaculatus emundatuſq; deceſſerit/ ardentibus purgatorij carbonibus tradetur excoquendus/ ſi tamen prius quam decederet/ dolendo ſupplicandoq; impetrauit/ ne pena eterna dignus ſit. Cum autem omni penitus animi labe ablata/ omni auro purior euaſerit/ ad regis regum menſam vite eterne nectare alendus feliciter transferetur: ⁊ cum guſtare ceperit quam ſuauis eſt dominus/ ineffabili gaudio pfuſus pro tante beatitudinis beneficio gratias aget/ geſti
Pſ. lxv. enſq; ⁊ exultans cum ſanctis decantabit: Tranſiuimus per ignem ⁊ aquam: ⁊ eduxiſti nos domine in refrigerium. Quamuis autem purgatorij pena omnium catholicorum iudicio grauiſſima ſit/ cum tamen ſtabilem firmamq; futuri boni ſpem habeat/ equo animo tolleratur. multoq; patien-

tius/q̄ illi ſolēt/qui p̄ reparāda cōꝛpis valitādine vrt a medicis atq; ſecari ſe pmitrūt. Medicoꝝ eni anceps ac nutās curatio ē/purgatoꝛiū certa indubitataq;.neq; vlla quidē ſaluſ coꝛpoꝛis cū animoꝝ ſaluꝛe cōferēda.

¶De inferno. Parabola.xlviij.

Est ſpecus quedam monti oīum maximo ſubiecta ꝛ ipa ingēs intuſq; latiſſime patēs/atq; in labyrinthi moꝛē viarum ambagim⁹ ita implicata/vt qui ſemel introierit/exitū neſciat reperire. Scrupee interius aſperimeq; rupes/loca hoꝛrida ꝛ tenebꝛicoſa/niſi q̄ crebꝛi de cauernis p̄micent ignes/ꝛ veluti foꝛnacib⁹ exeſtuent/hoꝛroꝛē incuciētes cernētibus. Hinc denſioꝛ fumus quaq; verſum euolutus caliginoſarum nubium ſpeciem pꝛebet/ſulphuris graueolētis odoꝛem ſpirat/ adeo nocēs vt eoꝛum qui adſunt (multi eniꝫ illic obdelicta intruſi errāt) ꝛ oculos nidoꝛe ꝛ nares fetoꝛe cruciet. At etiam nonnullos flāma ſubito coꝛeptos ꝑcoquit/quos tamen vrendo non conſumit/ſed viuos miſerabiliter vexat. Nemo enim in ea ſpecu moꝛitur/ꝛ id omni moꝛte grauiꝰ eſt/moꝛi nō poſſe. Alibi gelidi patent lacus glacieq; aſtricti/ꝛ in his quidam ignē fugiēdo incidunt/deteriuſq; algentq̄ arſerant. attractis frigoꝛe neruis toꝛpēt/dentibus crepitant/ſpiritu gemūt/ totis artubꝰ cōtremiſcunt. Sed ne illis quidē qui alibi ſunt/quies vlla datur. Omnia quippe luridi cōplēt ſerpentes/rabidi vndiq; incurſant canes/feroces irruunt bellue/ſibillus latratus/rugitus / grunnitus/ gannitus/ varijq; ꝛ hoꝛrēdi diuerſoꝛum poꝛtētoꝛum fremitus/et hominum qui moꝛdētur dilacerantur q; eiulatus atq; meroꝛ ſimul audiuntur. Nullus loci ſeceſſus /nullus angulus/aut metu aut pena vacat. totum antruꝫ illud q̄ longe lateq; diffunditur/ſemper lugentium/plangen

tiū, atq lamētantium perſonat clamoribus. Quacūq te vertis, nihil non triſte occurrit. deeſt omnis aeris temperies omniſq tranquillitas. aſſidui ventoꝝ turbines tempeſtatumq procelle ſeuiūt: ⁊ cuz nuſq̄ pedibus inſiſti poſſit vbi pena non ſit, grando quoq igni mixta de altiſſima fornice precipiti impetu in terram ruēs nudos miſerorū vertices ⁊ verbere perfringit: ⁊ flāmigero vſtulat ardore. Quid moror in ſingulis? omnia illic mala ſunt quecūq vbiq ſunt, boni nihil. Quis ergo ea vel fando explicet. vel cogitādo cōprehēdat? ¶ Nūc reliquum eſt: vt videamus: vtrum parabolam fingimus / an vt res ſe habeat, narramus? Jaz primum ſub terra, tormētorum locū eſſe, ſcripture veritatis aperte teſtantur, crebro inferni ⁊ inferorum mentionem faciētes. Jn his quoq diſcimus / ea que modo a me dicta ſunt: impijs ꝓphaniſq hominibus iam ab initio ꝑparata: ⁊ quidez multo acerbiora atq formidabiliora q̄ dici queat. Quō enim locus ille teter ⁊ obſcurus ſit, ide habemus / vbi in euangelio dn̄i iuſſu ſeruus nequam in tenebras mittitur exteriores. q̄ autem ignis in maloꝝ ſupplicium diro ſemper ardeat incendio, terribilis illa iudicis ſnia oſtēdit dicētis: Diſcedite a me maledicti in ignem eternū q̄ ibi fumus etiā tedio ſit, ex apocalypſi
ix Joānis conſtat: De puteo inquit aſcendit / fumus ſicut
xiiij fumus fornacis magne ⁊ iterum / Fumus tormētorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum. q̄ preterea penas
xxi in tollerabilis grauet fetor, eodem libro legitur / Pars illorum erit in ſtagno ardēti igne ⁊ ſulphure. Non ſolum autē ignis, verum etiam frigoris tormenta ibidem eſſe credimus: quia in Job ſcriptum eſt: Ad calorē nimium tranſibunt ab aquis niuis. Et in euangelio, Jbi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Fletum fumus excitat ſtridorē dentium frigus. Uentos vero ⁊ ignitam grādinē
ps. x. ⁊ procellas pſalmiſta indicat duz ait: Pluet ſup pecca

toꝛes laqueos ignis/ſulphur ⁊ ſpūs pꝛocellarum pars
calicis eoꝛum. Poꝛro ꝙ plurimi ad inferna deſcēdant/
nec inde exire poſſint ꝗꝗ pꝛe magnitudine cruciatus
moꝛtē optēt/⁊ moꝛi nequeant partim ab Eſaia diſci-
mus vbi ait. Cōgregabuntur congregatione vnius fa- xxiiij
ſcis in lacum:⁊ claudētur ibi in carcere/partī a Joan-
ne in apocalypſi dicēte: Querēt moꝛtē ⁊ nō inuenient ix
eam/⁊ deſyderabūt moꝛi:⁊ fugiet moꝛs ab eis. ꝙ poſt
remo ibi ſerpentes boſtieꝙ habitēt:id eſt infernū huma
no generi ſpiritus. Dñs in euangelio de eterno/ inferni
igne loquēs omnibus manifeſtum fecit cū dixit. Qui
paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Sexcēta talia in li
bꝛis diuinis conſcripta ⁊ multi legunt: ⁊ plurimi dum
leguntur audiunt:nec tamen vitam coꝛrigere curant
quaſi qui ea vera eſſe negēt:ſed cum vera eſſe iam expe
rimēto didicerint penitere nihil pꝛoderit. Dum ergo
licet/dum datur/opemur bonū/ne talia deinde ſubire
cogamur qualia meminiſſe nedū pati ſupplicium eſt.

¶ De paradiſo. Parabo. xlix.

QUoniā autē ſimilitudines:ideſt parabole/ſemper
minus aliquid habent ꝙ̄ res ipſa/que per illas
deſignat quicquid de inferno dixim⁹ parabola ē. Eadē
pꝛofecto ratione/quicq̄d nūc de paradiſo:hoc ē celeſti
regno dicturus ſum erit parabola. quia nunꝙ̄ tāta de
illo dici queunt/vt multo maioꝛa non ſupſint. Igit cū
inferni loca ⁊ penas lugubꝛi quodā atramēto deſcrip
ſerimus/e contrario Paradiſum/ vbi pfecta felicitas
eſt/candidioꝛe omni ceruſa coloꝛe dño adiuuāte depin
gemus. Paradiſus igitur ampliſſima ameniſſimaꝙ
planicies eſt / celo ſublimioꝛ/ſole luculētioꝛ/aſtris no-
bilioꝛ/omnibus theſauris pcioſioꝛ/omni decoꝛe oꝛna-
tioꝛ/omni rerum miraculo mirabilioꝛ/oium plena bo-

rorum/ꝛ nullius particeps mali. Hanc mente contem-
iij platus Baruch ꝓpheta in illã prorupit vocẽ/O iſrael
quam magna eſt domus dei ꝛ ingẽs locus poſſeſſionis
eius/magnus eſt ꝛ non habet finẽ/excelſus ꝛ immẽſus
Hanc ipſam ſibi vehemẽtr affectauit rex dauid cũ dice
Ps. ret/Dñe dilexi decorẽ domus tue/ꝛ locuz habitatiõis
xxvi glorie tue. ꝛ alibi/ꝙ dilecta tabernacula tua dñe deus
Ps. virtutum/concupiſcit ꝛ deficit anima mea in atrio dñi.
lxxx Merito magnificẽtie regni ſui obliuiſcitur/duas para
iij. diſi pulchritudinẽ miratur. merito terrena omni contẽ
nit/dum celeſtia aio metit. Si enim illic domus dei eſt/
ꝛ habitatio glĩe ei⁹/ꝛ tabernacula atriũqꝫ dñi dei virtu
tum/nõne ſicati deo mai⁹ nihil eſt ita paradiſi loco nul
lus oĩo locus excellẽtior/nulla glorioſior ſedes/nullu3
felicius domicilium: Illic ſe vidẽdaz pbet ſctã trinitas
deus vn⁹/pr̃ in filio ꝛ filius in pr̃e/ꝛ cũ vtroqꝫ ſpiritus
ſanctus/nõ in enygmate p ſpeculũ ſed facie ad faciem.
Ps. ad quẽ pſalmiſta ait, Ad implebis me letitia cuz vultu
xv. tuo. Et enim qꝛ deus lux eſt/illic Angelos hoieſqꝫ ſua
illuminat claritate. ꝛ qꝛ vita ẽ oĩbus illic imortalitatẽ
in corruptionẽqꝫ impartit. ꝛ qꝛ charitas eſt/oẽs vnuz
eccl'ie corp⁹ efficit. ꝛ qꝛ deniqꝫ bonoꝝ oium fons ẽ/bo
nis oibus illos quos ad ſe recipit/iplet ita vt nihil ma
ius optẽt/nihil ſuaui⁹ guſtent/nihil melius deſyderant
nihil appetãt beatius/nihil pennius incõmutabiliuſqꝫ
cupiãt. Nã nulla eẽ poteſt vltra votoꝝ ꝓgreſſio/cũ iſ
habetur/i quo vno ſunt oĩa/ꝛ a quo oĩa/ꝛ per quẽ om
nia. Ipm ſoluz poſſidere ipſius ineffabili cõſpectu per
frui/plẽa btitudo ẽ atqꝫ pfecta. Cui⁹ beatitudinis gau
dium atqꝫ glĩaz ſi quis vl' verbis eloqui/vel cogitatiõe
cõplecti poſſe cõfidit/hic idẽ ꝛ ſtellas celi: ꝛ guttas ma
ris: ꝛ terreni pulueris minutias numerare ſimul va-
lebit. At cũ etiã h oĩa (ſi fieri poteſt) numero cõprehẽ-
derit, cogitet adhuc quãto maior ẽ. q ꝛ ea creauit ꝛ cũ

cis reliqua oia. Cogitet qualia q̄tacꝫ ſint/ q̄ nec oculus vidit/nec auris audiuit/nec in coꝛ hoīs aſcēderūt. talia quippe tātacꝫ (vt Apl's teſtatur) Deus pparauit dili-gētibus ſe. Q. ō ſi idē ipſe celū hoc nobis viſibile/ ſpacꝫ mūdi elemēta: ignē: aera: aquas: terrā: ⁊ que in eis ſūt bona/ iuſtis pariter ⁊ iniuſtis cōmunia eſſe voluit quā to his oībus illa putāda ſunt pſtantioꝛa/ que iuſtis tm̄ ppetuo poſſidēda cōceſſit. quāto eminētius bonū illud qd a reliqs rebus diuina ꝓuidētia ita ſeparauit: vt nulli alij/ niſi Angelis q in veritate ſteterunt ⁊ hoībus qui pie iuſtecꝫ vixerūt/ ꝓpꝛium eſſet ⁊ peculiare. Hoc certe illud eſt/ ad qd capiendū fruendūcꝫ ſuos dūtaxat electos iuitabit ſaluatoꝛ dicens. Uenite bn̄dicti pr̄is mei: poſſidete paratū vobis regnū a ꝯſtitutione mūdi. Q. p uocet ſaltē ad bene agēdum tam īmēſe tamcꝫ ineſtimabilis beatitudinis certa ꝓmiſſio/ quos a vitijs terribiliū ſuppliciorꝫ mine nō cohercēt. Quācꝫ magis verendū eſt: ne tāto pꝛiuent bono: q̄ ne pꝛo ſcelere puniant. Maioꝛi eniꝫ doloꝛe (vt eq́dē reoꝛ) afficiet ipſos amiſſe celeſtis felicitatis recoꝛdatio: q̄ illata infernalis ignis pena. Utrocꝫ autem toꝛquebit/ qui pꝛeſentis vite volu ptatibus diffluere: q̄ deo ſeruire maluerit.

De vltimo iudicio. Parabola. l.

Lex erat a rege lata: vt q̄cūcꝫ ſeptuageſimum etatis ſue annū pegiſſet/ cūcta eius acta rite diligentercꝫ examinarent. ⁊ ille in quo plus vitij q̄ vtutis extitiſſe appuiſſet/ capite mulctaret. cuius aūt vitia vtutib⁹ victa fuiſſent/ coꝛonā honoꝛis pꝛo merito referret. Cū ergo duo id etatis hoīes in cuſtodia publica donec iudicis in ſe ſniam acciperent/ ſeruarent non ignari multa ſe cōmiſiſſe ob que partim penam/ partim laudē mereri potuiſſent/ ſuſpenſis inter ſpem metumcꝫ animis

vehemēter affligebatur. Timebāt enī ne forte dāna ti amiſſo honore ſuppliciū ſubire cogātur. Aduenīēte igitur iudicij die trepidi exanimatiq₃ corā ſiſtuntur. Iu dici viſum eſt: alterū pena alterū honore afficiendū eē. Itaq₃ hic conſolatus gaudere, ille flere ⁊ miſerabiliter vociferari: donec ceſus vitā cū lachrymis finiuit. ¶ Si parabola iſta tātum trepidationis habet ob vite tragi lis ⁊ caduce piculum: qd nos queſo facere oporteat in periculo vite eterne. Si capitis iudicium ſubiturus re us: dum in dubio eſt: ſoluatur ne an damnet, nō poteſt non contremiſcere, nos eternitatis examine in fine di ſcutiendi nō timebimus. Nemo dei effugiet iudicium. Nemo crimen celare poterit. Oēs ante eius tribunal
Iere. ſtabimus, q̄ ait. Ego ſum iudex ⁊ teſtis. aut quid ipſuz
xxix. latere poteſt, qui eſt renuz ſcrutator ⁊ cordis. Hic igit ne minimas quidē cogitationes nr̄as relinquet inexa minatas indiſcuſſaq₃. quicqd autē ipe decreuerit, ratū eternūq₃ erit. neq₃ p̄mium neq₃ pena arbitrij eius vllo vnq̄ fine cōcludet. Et nos interim nullus concutit me tus nulla diſtrahit futurorū ſollicitudo, quaſi certos de promiſſa bonis beatitudine, cuz nihil tāta mercede di gnū fecerim⁹, ⁊ nō pauca ob q̄ ꝯpleclti meremur ꝑpetra uerim⁹. Unde igit tātus mētis ſtupor: tāta ai ſtultitia: friuolis nihilq₃ ad nos ꝑtinētib⁹ piculis terremur, ⁊ fu ture eternitatis iudiciū nō reformidam⁹. In meditullio i finiti bōi ⁊ ifiniti mali fluctuat nr̄a mōtalitas ⁊ magis cure nobis ē, cauere neqd aduerſi i hac vite breuitate patiamur, q̄ ne penā eternā ſuſtineam⁹. Pl⁹ etiaz ꝑet impendimus in querēdis diuitijs cito perituris, q̄ vt perennez illam ⁊ ineſtimabilem regni celeſtia gloriam aſſequamur. Annus parabole huius ſeptuageſimus tunc agitur, cum ad finem vite peruentū eſt. dies enim annorum noſtrorū (vt pſalmiſta ait) in ipis ſeptuagita annis. Sed vite noſtre finis bodie eſſe poteſt, aut craſ,

aut poſt tridie:ideo dictum eſt. Uigilate quia neſcitis
diem neq; horam. ꝛ ſi vſq; ad decrepitam ꝑfertur eta-
tem/nihilominus aduētat/currit/volat iā in ianuis eſt.
Quotidie ad finem ſuū vita noſtra properat: ꝛ ad vi
tam illam que non habet finem trāſmigrare nos cogit
atq; compellit pigritamus tamē ꝛ cunctamur: ꝛ virtu
tum viatica preparare nobis negligimus. que certe niſi
nobiſcum tulerimus deficiemus in via: nūquā ad mon
tem domini ꝛ domum dei iacob perueniemus. Hoc ne
forte contingat ſemper ante oculos habeamus illum
terribilem ꝛ expaueſcendum extremi iudicij diem qui
anteꝙ venerit/hec premiſſurus eſt ſigna. bella: fames:
peſtilentie ſeuient. pſeudo prophete ſurgent: ꝛ ſeducēt
multos. abūdabit iniquitas: ꝛ refrigeſcet charitas. do
minabitur Antichriſtus. flagellabuntur chriſtiani: ꝛ
per varia tormētorum genera ſanguis innoxius effun
detur: magno terremotu agitabitur: ſol in tenebras:
luna in ſanguinem conuertetur: ſtelle cadent: homines
areſcent pretimore: eleuabitur mare: rugient fluctus:
ventoꝝ procellarumq; tempeſtas debacchabit: crucis
ſignum apparebit in celo. Poſtremo furētis vis ignis
celum terram pontum vno inuoluet incendio: nihilq;
relinquet viuum: quod morti fuit obnoxium. Poſt hec
ethere ab alto deſcēdet dei filius ieſus chriſtus/maieſta
tem patris preſeferens/innumeris Angelorū comita
tus choris agminibuſq; ſanctorum: viuos ac mortuos
diiudicaturus: mox ad vocem Archangeli tubeq; cele
ſtis clangorem reſurgent mortui/ad iudicium venient/
nihil erit occultum ꝙ non ſciatur: neq; abſconditū qđ
non reueletur. Separabuntur Chriſto ita iubēte oues
ab hedis iuſti ab iniuſtis. O quantus occupabit dam
natorum corda meror. quantos attollent eiulatus: ꝙ̄
miſerabilis lamentantium audietur vox/cumviderint/
alios aſcendere Cum Chriſto ad celeſtem regnū: ꝛ ſe

depelli in inferiora terre in abyſſum horribiliũ penarum calamitatiſq; ſempiterne.alios cum angelis gloriam in excelſis deo canentibus ferri in paradiſum incõparabilis beatitatis atq; infinite/ſe autem cum ſpiritibus imundis detrudi in infernum ignis inextinguibilis ꝛ vermis immortalis. Quis nunc talia mente ſecũ voluens non cum ingenti viuat pauore·non ſemp trepidet·non quotidie totis viribus cõtendat/quomodo ꝛ tantum malum effugiat/ꝛ tantum bonum acquirat·non deniq; omnia preſentia contemnat/dum contẽplatur futura·Quod ſi ad parabolam reſpicimus/lex illa que malis necem/bonis honorem ꝓpoſuit/ſententia iudicij diuini eſt.Deus morte eterna peccatores punit/iuſtos autem vite immortalis felicitate remunerat. In tanto ergo vite neciſq; periculo ꝯſtricti/ita metuamus vt non deſperemus:ita ſperemus vt nunq̃ ſine metu ſcimus/dicente propheta.Seruite domino in timore: ꝛ exultate ei cum tremore.

pſ.ij.

Finis.

Venetijs per Laurentiũ de Roſis Teruiſinum.

¶ Franciſcus Julianus Venetus lectori. Salutem

Quantum de humano genere Marulus optime Lector ſcribendo mereatur/vix oratione conſequi poſſis. Cotidie.n.nouū aliquod opus edit. Cotidie laborat. Uti recte beateqꝫ homines viuant. Breuiſſimum itaqꝫ opuſculū hoc elucubrauit Quod quāto breuis eſt tanto eruditius tanto vtilius cenſeri poſſit. Ut gēme/Lapilliqꝫ/que tam et ſi parua magnis rebus antecellunt. Opuſculo autem nomen Parabole eſt.per figuras.n.et ſimilitudines docet nos vitia vitare. Scelera fugere.virtutes amplecti.quod dicēdi gen'a Syris ⁊ a Paleſtinis auctore hieronymo vſurpatum ipſe teſtatur. Preſertim vero a ſeruatore noſtro/ dum in humanis ageret. Quare he q̄dem Parabole non ſolum legende / ſed ediſcende ſunt. Ille.n.in vite inſtitutione ſe profeciſſe deniqꝫ ſciat/cui Marul' valde placebit.in ipſo.nāqꝫ ſumma elegantia ſumma eruditio/ſumma deniqꝫ vite integritas extat. Sed quis ē qui eius diuini ingenij ſolertiam in his Parabolis fingendis non admiretur. His figuris animus alicitur ⁊ legendi voluptate ipſa detinetur:perīde ac florib' ſuauiſſimis capiatur. Feliciorem quidem hanc noſtram etatem tanto viro dixerim. Qui huius ſeculi turbulentiſſimo tempore fidus fulgentiſſimum/Ducē/ ⁊ Rectorem: Portūqꝫ tutiſſimum ſe nobis prebet. Nullū igit̄ diem ſine Maruli lectione(ſi me audies)duxeris / qui ſi legatur aſſidue plurimum confert. Habes.n.opus variū/ Elegans Terſum. Sit itaqꝫ Marulus tibi in itinere comes. Sit domi domeſticus. Ad hūc ⁊ matutino ⁊ veſpertino tempore:immo ⁊ Meridianis horis/eqꝫ ac Arce ſilas ad Homerū accedas. Nūq̄ e manibus excidat.quādo ⁊ ad animū formandum/⁊ vitaꝫ

inſtruendam ſit accomodatiſſimus. Si quidem non tã tum oblectabit/verum ⁊ prudentiorẽ reddet. Elaborauit preterea franciſcus lucenſis magnopere vt opus hoc emendatiſſimum in publicum exiret/parua hac forma excuſum ad commodiorem vſum. Qui cotidie doctiſſimorum amicitiam querit/vt ab illis libros exigat/quos poſtea ad mortaliũ vtilitatem typis ſuis excudat. Mira quidem ⁊ ſalutifera vtriuſq; cura ⁊ diligẽtia. Legas igitur iterum/atq; iterum Luculentiſſimas Maruli Parabolas/Que non minus frugifere/ꝙ Jucunde tibi erunt. Cuius aſſidua lectione doctrina fiat cumulatior/Deus ſanctior/vita melior. Sed ne longior ſit actus ipſa fabula/iam ipſum Marulũ lege.

Franciſcus Lucenſis lectori
Felicitatem.

Pollicitus fueram lector candidiſſime poſt Maruli euāgeliſtarium opus eiuſdem elegantiſſimum de imitatione Chriſti excuſum emittere. verū dum De Parabole in man⁹ veniſſent: qm̄ breue ad modū opuſculum erat/eas imprimendas/curaui/ne ſitu diuturno obrute amplius deliteſcerēt vtq; efflagitationibus pene quotidianis amicorū acqeſcerem. cum ⁊ iucunditatis plurimum habeant ⁊ fructus. Nihil enim eque animum oblectat: q̄ res noua aliqua fictione ꝯcinnate. Nihil etiam equi prodeſt mortalibus: q̄ optima conſilia: q̄ ſanctiſſimi monitus. Qm̄ igit̄ vtiliſſimas expertus ſum Typis noſtris excuſi. Adde q; adeo breues ſunt: vt intra manum facile lateant, quas tibi gratiſſimaſ fore non vereor. Que aūt errata impreſſorū in curia deprehendimus ea collato ipſius Maruli Archetypo in fine annotauimus. Tu qd̄cūq; boni eſt conſulito, vale. ⁊ opus de Jmitatione chriſti expecta. Non fallam expectationem tuam.

VEŘEJNÁ A UNIVERSITNÍ KNIHOVNA V PRAZE